
29. Turba *ſæpe tantas* turbas *excitat, ut* turbine *ſit moleſtior, & non raròità* turget, *ut multæ* turmæ *eorum ſeditiones* turpes *non ſedent, nec* turres *eos terreant,* turturibus *abſimiles.*

29. *A tumult or multitude of people oft ſtir up ſo great troubles, that it is more troubleſom then a whirlwinde, and oft ſo ſwell's, that manie bands of men are not able to appeaſ their baſe ſeditions, nor towers to affright them, beeing unlike turtle-doves.*

30. *Qui* tuſſim *ferre non poteſt, eſt* tiro.

30. *Hee that cannot endure a cough is a freſh-water ſouldier.*

V.

1. VAcca *fera* vacerris *includitur.*

1. *A Wilde cow is incloſed with rails.*

2. Vacillabunt, *qui vino totos dies* vacant; *nec* vadere *poterunt, nec ut in* vado *ſint eorum res, ſatis* vafri *erunt.*

2. *They will reel, who ſit at the pot (i.e. who are at leaſure, or emptie for the pot) whole daies; nor will they bee able to go, nor will they bee craftie enough that matters ſhould bee well (i.e. in a ford) with them.*

3. Vaginam *videns timidus* vagit, *nam* vagam *ſententiam habet.*

3. *A coward ſeeing a ſheath of a ſword crie's like a childe, for hee hath not a ſteadie minde.*

4. *I am exceeding well, though I am one that have my legs bowing outward.*

5. *A vallie is as good as a trench, if it bee fortified with ſtakes ſet in the ground, and with two-leaved gates.*

6. *If thou ſhouldeſt purge a vain fellow with a fan, thou wouldeſt finde him no better then a vapor, or wine that hath loſt it's ſtrength, and wouldeſt bid, that hee ſhould bee beaten.*

7. *I will put on a gown of divers colors for the ſake of hiding the crooked ſwoln veins in my legs, and that I may not ſeem to bee crook-legg'd inward.*

8. *I had rather bee a veſſel to him, then give my ſelf a ſuretie for him, that is an ill husband, (i. e. make's vaſt expenſes) for, as a Prophet, I ſee what things will bee with him.*

9. *Whot is more fertil then a moiſt dug?*

10. *Bee not out of heart, but fierce, O skirmiſhers, that ride (carried) on horſ-back: for why ſhould they deſpiſe you (pluck your beard) who are covered or cloathed with the fleece of wooll, when they ſee you not ſwift, but as they that forſake the floating ſails?*

11. *The veins do not challenge as their right the poiſon, that is ſold by them, who worſhip and crave pardon of Apollo.*

12. *Hee that com's to hunt, to fill his bellie, the winde help's him, nor as hee is in hunting doth Venus or luſt trouble him.*

13. *The ſpring make's the brambles to grow green, as alſo hellebore.*

4. Valdè valeo, *quamvis ſim* valgus.

5. Vallis *eſt inſter* valli, *ſi muniatur* vallis *&* valvis.

6. *Si* vanno vanum *purgares, non* vapore *aut* vappâ *utiliorem invenires, & ut* vapulet, *juberes.*

7. Vario *colore togam induam,* velandorum varicum *gratiâ, & nè videar eſſe* varus.

8. *Mallem* vas *eſſe ei, quàm* vadem *me dare pro eo, qui* vaſtos *ſumptus facit; nam ut* vates *video, quæ ſunt futura ei.*

9. *Quid eſt* uberius ubere udo?

10. *Non* vecordes, *ſed* vehementes *eſte* vecti *equo* velites: *cur enim* vellerent *vobis barbam,* vellere velati, *cùm vos non* veloces *viderint, & velut* vela *fluitantia deſerentes?*

11. Venæ *non* vendicant *ſibi* venenum, *quod* venditur *&* venit *ab iis, qui* venerantur *&* veniam *precantur ab Apolline.*

12. *Qui* venit venatum, *ut* ventrem *expleat,* ventus *ei operam dat, nec inter venandum* Venus *moleſtat.*

13. *Ut* vepres *vireſcant facit* ver, *ut &* veratrum.

14. Verbera

14. Verbera non verba veretur, & vergit *ad terram, ut* vermis, verna.

14. *The ſlave fear's ſtripes, not words, and bend's towards the earth, as a worm.*

15. Verpus *faſtidit* verrem, *quamvìs non in* verruca *ſaginatum, nec* verrucas *in corpore habentem; impuritatem à ſe* verrit; *eſt tamen omnibus aliis* verſutior, *& in omnes ſpecies celeriùs quàm* vertex, *mentem* vertit, *ſed* veru *toſtum edit* vervecem, veram *Religionem ſpernens.*

15. *A circumciſed Jew loathe's the tame boar, though hee bee not fed on the high places of the mountains, nor have warts in his bodie; hee bruſheth away all uncleanneſs, yet is hee more craftie then all others, and turn's his minde into all forms more ſwiftlie then the whirlwinde (ſomtimes the crown of the head, or top of anie thing) but eat's the wether roaſted on a ſpit, deſpiſing the true Religion.*

16. *Dicitur* veſci, veſicam *non habens* veſpa, *muſcis, quas* veſperi *venatur.*

16. *The waſp, having no bladder, is ſaid to eat the flies which ſhee get's in the evening.*

17. *In* veſtibulo *ſunt clientum* veſtigia, *antequam* veſtes *patronus induerit.*

17. *The foot-ſteps of clients are in the porch, before that the Lawyer hath put on his cloaths.*

18. Vetentur veteres *milites* vexillum *flagitare, nam hoc totum exercitum* vexabit.

18. *Let old ſouldiers bee forbid to deſire to bee caſhiered (to deſire the banner) for this will afflict an whole armie.*

19. *Tota errat* viâ, *qui putat, poſterorum honori* vibicem *eſſe, enſem* vibrantem.

19. *Hee is quite out, (i. e. err's the whole waie) who think's him that brandiſheth a ſword is a diſcredit (a print of a ſtripe black and blue) to the honor of poſteritie.*

20. *Cur ejus* vices *timerem, qui* vicies vicias *jumento dedit, ut caderet gratior* victima *in* vicis?

20. *Why ſhould I fear his fortune, (turn) who give's vetches twentie times to his beaſt, that it might bee ſlain as the more acceptable ſacrifice in the ſtreets?*

21. Videlicet *non* videmus *id, quo* vidui *ſumus.*

21. *Truly wee ſee not that, of which wee are bereft.*

22. *Quid ſi* vieas, vigeas *tamen licet, & quamvìs* vigil viginti *annos fueris, nè te* viliorem

22. *What though thou bee a cooper (binde with Oſiers) yet thou maieſt flouriſh: and although thou haſt been a watch-man twentie years, yet think not thy*

thy ſelf baſer then thoſe that poſſeſs mannor-houſes, and ſheep cloathed with wooll, or manie hairs.

putes villas, & oves villis veſtitas poſſidentibus.

23. They are bound that are conquered: but the conquerors while they bee revengers of former wrongs, drink wine, as if it were vintage in the vineyard.

23. Vinciuntur, qui vincuntur: victores autem, dum ſunt priorum injuriarum vindices, quaſi vindemia in vineâ fieret, vinum bibunt.

24. The violet was given to Io for food, after ſhee was defloured by Jupiter.

24. Viola dabatur Io in pabulum, poſtquam violata eſſet à Jove.

25. The viper bring's forth in a violent waie; a man excel's in ſtrength; a virgin flouriſheth, or is green, or is a woman of green age; a rod rule's by force; virtue is properly fortitude; poiſon overcom's thoſe that eat it, by it's ſtrength; birdlime hold's by force; wee eat the humbles or bowels as a delicate meat.

25. Vipera vi parit; vir viribus præſtat; virgo quaſi viret, vel eſt mulier viridiore ætate; virga vi regit; virtus propriè eſt fortitudo; virus edentes vi ſuâ vincit; viſcus vi retinet; viſceribus veſcimur tanquam cibis delicatioribus.

26. A vine hath life, yea and a fault too, yet not that which is to bee avoided by men.

26. Vitam habet vitis, imò & vitium, non tamen id, quod ab hominibus vitandum.

27. If moſt fathers-in-law were more to bee ſeen through then glaſs, they would not bee ſo much in our books, that wee ſhould ſacrifice calvs for them, having garlands on our heads, but wee would diſpraiſ them, and ſcarcely praie that they might live.

27. Si plerique vitrici vitro eſſent pellucidiores, non eſſent tam grati, ut vittis coronati vitulos pro iis ſacrificaremus, ſed vituperaremus, & ut viverent vix optaremus.

28. God was revenged of the Egyptians by biles and a peſtilent moiſture of the earth; their children died in the arms of their fathers, and vengeance had gon further, and had not ceaſed to run up and down hither and hither, if they had not let the Iſraelites go; which when they had don, they howled like owls.

28. Ulciſcebatur Deus Ægyptios ulceribus, & peſtiferâ uligine; moriebantur pueri in ulnis patrum, & ultra proceſſiſſet vindicta, & curſare ultro citróque non deſtitiſſet, niſi Iſraëlitas dimiſiſſent; quo facto, ululârunt ut ululæ.

29. Umbilicus & umbo, ſi *eminent*, umbram *faciunt*.

29. *The navel and the boſs of a buckler; if they ſtand out, give a ſhadow.*

30. Una uncia *auri valet multis ferreis* uncis, *qui rubiginem trahunt in* undis, *niſi oleo* unguntur.

30. *One ounce of gold is worth manie iron hooks, which grow ruſtie in the water or waves, unleſs they bee annointed with oil.*

31. *Homines habent* ungues, ungulas *autem animalia quæ non habent digitos.*

31. *Men have nails, but living creatures, that have not fingers have hoofs.*

32. *Si* volis volvendis volare *poſſemus, non majorem* vellemus voluptatem.

32. *If wee could flie by turning the palms of our hands, wee ſhould not wiſh for greater pleaſure.*

33. *Ut* vomica *pus* vomat, *non* vomere *ſed ſcalpro utimur.*

33. *That an impoſtume may ſend out corruption, wee do not uſe a plough-ſhare, but a Surgeon's lance.*

34. Vorant, *ut* vorago, *ſacerdotes, quicquid* vovet vox *tua diis.*

34. *The Prieſts devour, even as a gulf, whatever thy voice vow's to the gods.*

35. Upilio *non curat* upupas.

35. *A ſhepheard doth not keep lapwings.*

36. *Qui in* urbe *degunt, vix ſciunt, quid ſit* urbum.

36. *They that live in the Citie, ſcarce know what the crooked plough tail is.*

37. Urget urina urinantem, *qui ſubit aquam, & rurſus emergit, ut* urna.

37. *The urine or piſs trouble's a diver; who go's down into the water and com's up again like a pitcher.*

38. Urit *peſtilentia, ut* urſa *catulis orba.*

38. *The plague devour's (burn's) like a bear bereaved of her whelps.*

39. *An* uſpiam *vel* uſquam *inveniuntur, qui* uſque *ad mortem pœnitentiam procraſtinant?*

39. *Are they found anie where, who put off repentance even till death?*

40. Ut *ex eodem* utre *bibentes amant ſe invicem, ſic* utinam utrique *noſtrûm, qui eodem* utero *concepti ſumus, mutuo amore* uteremur.

40. *As they that drink out of the ſame bottle, love one another, ſo I would to God that both of us, who were conceived in the ſame womb, might exerciſe (uſe) love one to another.*

41. Uvæ *ex* uvida *terra naſcuntur.*

41. *Grapes grow out of the moiſt earth.*

42. *The common people, while they are in tumults, fear not wounds, and having not the craft of a fox, expoſe themſelves to their enemies as to ravenous vultures, not regarding the ſad countenances either of them that conceived them in their wombs, or of their wives.*

42. Vulgus, *dum volvitur, non* vulnera *pertimeſcunt*; & vulpis *aſtutiam non habentes, hoſtibus ſuis quaſi* vulturibus *rapacibus ſe exponunt*, vultus *triſtes earum, quæ* vulvis *ſuis eos conceperunt*, & uxores *negligentes.*

A D

AD
LECTORES ERUDITOS
PRÆFATIO.

COgnitum Scholis non ſatìs fuiſſe verum & genuinum linguas tradendi modum hactenus, res ipſa loquitur. Conſeneſcebant plerique qui ſe dediderant literis, circa vocabula. Soli Latinæ linguæ decem & plures anni tribuebantur; imò tota ætas tardiſſimo, eóque exili & operæ-pretium non refundente profectu. Queſti id ſunt jampridem viri magni, Vives, Eraſmus, Sturmius, Friſchlinus, Dornavius, alii; quorum ſatìs luculentæ de eâ re proſtant querelæ, non item radicitus malum tollentia remedia. Ideò excellentiora ingenia Scaligerorum, Lipſiorum, &c. vulgari illâ infeliciter tritâ viâ relictâ, per devios quoſdam, directiores tamen tramites, ad linguarum & ſcientiarum faſtigia feliciter enixi ſunt. Verùm enim verò paucis illi veſtigia ſua quà ſequendi eſſent, commonſtrârunt: nec cujuſvis eſt propriâ indagine inſueta tentare, aut (quod aïunt) nare ſine cortice. Quo factum, ut ſcholæ ataxias ſuas (quicquid ſeculi felicitatem & literarum lucem jactârint) majori ex parte retinuerint hactenus. Diſtinebatur nimirum, imò diſtendebatur juventus, præceptionibus Grammaticis infinitè prolixis, perplexis, obſcuris, majorem partem inutilibus, annis aliquot: hæc prima crux. Tum per eoſdem annos effarciebatur vocabulis rerum ſine rebus; id eſt, nec res, vocibus illis exprimendæ (quò facilior, firmior, & evidentiori cum utilitate impreſſio fieret) monſtrabantur, nec vocum juncturæ, cuivis linguæ propriæ, oſtendebantur: manifeſto utrinque errore. Voces enim, quia rerum ſigna ſunt, his ignoratis, quid ſignificabunt? Noverit puer millies millena vocabula recitare, ſi rebus applicare non novit, quem apparatus iſte uſum habiturus eſt? E ſolis etiam ſeparatis vocabulis orationem exurgere poſſe qui ſperat, idem ſperet arenam in manipulos colligari poſſe, aut è cæmento murum erigi abſque calce. E vocabulariis igitur & Dictionariis Linguæ Latinæ ſtudium nimis eſt impeditum. Sed mederi animadverſis incommodis putantur autores boni, magnorum conſilio virorum in Scholas introducti: Terentius, Plautus, Cicero, Virgilius, Horatius, &c. tum quia cum linguæ cognitione, variarum ſimul rerum notitia indè acquiri, tum quia caſtiſſima Romani ſermonis pu-

ritas

ritas ex antiquis illis ſcriptoribus, tanquam ex vero fonte, ſecuriſſimè hauriri poſſit. At verò inſtitutum hoc, ut plauſibile, ità maximè incommodum eſt. Primò enim tot Autores, quot requiruntur, comparare, cujuſvis fortuna non permittit. Deinde ad horum Autorum (plerumque ſublimiora quàm pro pueritiæ captu, & à noſtro uſu aliena tractantium) tam vaſta volumina juventutem adigere, eſt cymbam, exiguo ludere cupientem lacu, in Oceanum vaſtum vel æternis jactandam erroribus, vel abſorbendam fluctibus, vel certè ſine ullo fructu reddendam littori propellere. Ad hæc ſi maximè quis omnes iſtos perreptet, reperiet tamen ſe finem ſuum (ſufficientem videlicet linguæ cognitionem) non aſſecutum, quia autores illi materias omnes non tractârunt; & ſi tractâſſent omnes illorum temporum, noſtras tamen nec nôſſe nec tractare poterant: ut neceſſariò tandem alii plures, antiqui & recentiores (rei nimirum Herbariæ, Metallicæ, Ruſticæ, Militaris, Architectonicæ, &c, ſcriptores quos in ſui Nomenclatoris præfatione recenſet Friſchlinus) *adjungendi, legendi, & relegendi forent: quibus certè cumulandis non facilè reperiretur finis. Denique, ſi quis linguæ diſcendæ gratiâ tot tranſmittat annos, ecquando ad realia veniet? Quando ſanioris Philoſophiæ cognitione imbuet animam? Quando in ſacroſanctæ Theologiæ adyta intrabit? vel Medicorum arcana perquiret? vel Juriſconſultorum volumina evolvet? Quando ad finem ſtudiorum perveniet? &, quod majus, quando tam anxiè quæſitæ eruditionis praxin in Eccleſiæ & Reipub. bonum exercebit? Certè vel (propter vitæ hujus brevitatem) nunquam, vel ſerò admodum, ſentiétque vitam præparationibus vitæ conſumptam eſſe. Omnium itaque votis optandum erit, Epitomen aliquam linguæ totius ità conſtrui, ut omnes quotquot habet voces & phraſes, in unum redactæ corpus, brevi temporis ſpatio, laboréque exiguo perceptæ, facilem, jucundum, tutum, ad reales Autores tranſitum præſtent. Verè enim* D. Iſaacus Habrecht *ſcripſit (ſed quod minùs prudenter quidam ad Dictionaria trahit)* Quemadmodum, *inquit,* multò facilius eſſet viſu dignoſcere omnia animalia, viſitando arcam Noe, continentem ex omni genere bina ſelecta, quàm peragrando totum terrarum orbem, donec caſu in aliquod animal quis incidiſſet: eâdem prorſus ratione, multò faciliùs omnia vocabula addiſcentur ex *Epitome Linguæ*, in qua fundamenta omnium continentur, quàm audiendo, loquendo, legendo, donec caſu in tot vocabula quis incidat. *Animadvertit id paucis abhinc annis è Jeſuitis nonnemo, qui uno faſce complexus linguam Latinam totam, vulgavit (ſub titulo Collegii Hybernici Salmanticæ Hiſpaniarum)* Januam Linguarum *Latinè & Hiſpanicè: ubi ſententiarum duodecim centuriis comprehenſa ſunt omnia uſitatiora Latinæ linguæ vocabula, eóque modo diſlocata, ut nullum eorum (exceptis particulis, ſum, ex, in, &c.) ſemel poſitum recurrat, unumquodque tamen in debita conſtructione, & phraſi decora audiatur.*

PRÆFATIO.

Hæc inventio quamprimum Anglis viſa fuit, approbata, commendata, & loquelâ Anglicanâ aucta, atq; Anno 1615.*typis vulgata fuit. Quam biennio poſt* D. Iſaacus Habrecht *Argentinenſis, Germanus, Gallicæ linguæ adjectione auxit, & ibidem quadrilinguem edidit: in Germaniámq; reverſus, Germanicam quoque adjunxit verſionem, mirè eam linguas docendi & diſcendi rationem commendans. Compendioſiſſimam enim, certiſſimam, utiliſſimam, & nunquam ſatìs laudatam appellat. Cujus rei ſuffragatores reperit facilè multos. Nam & typis, variis Germaniæ locis edita eſt; & diſtracta avidè, & in Scholas quaſdam non incelebres introducta, & Anno* 1629. *octilinguis luci expoſita.*

Hæc cùm ad meas quoque veniſſet manus, avidè & ingenti cum voluptate ſemel & iterum perlegi, impensè juventuti gratulans, quòd certiora indies imbecillitatis ſubſidia Divino munere concedantur. Verùm paullò pòſt, attentiùs eam cum ſcopo ſuo conferens, dubitare cœpi, num præſtaret quod promittit: tertiatáque accuratiore cum judicio lectione deprehendi, jure titulum tueri non poſſe. Quod verè & abſque invidia dici inde palàm faciam, quòd Janua non præſtet uſum.

Janua *enim domûs, annon forìs adventantes intromittit? Itá ſané. Hæc autem patrum Hybernorum Janua tironibus in Latinitatem aliunde introducendis aut parùm, aut nihil confert. Triplici id evincitur ratione: Primò etenim, nonnulla Vocum pars, quas quotidianus requirit uſus, hîc deſideratur: è contra inſolentia multa, tironum captum & uſum excedentia, depromuntur. Quam ob cauſſam rectè nonnulli judicant,* Jeſuiticam hanc Januam non tam ad inſtituendos linguarum tirones, quàm ad explorandos aliquouſque progreſſorum, imprimis autem Sciolorum, in Latina lingua profectus adhiberi poſſe. *Iſthâc verò ratione non Januæ, ſed Poſtici, obtineat nomen. Alterum deſidero, quòd cùm ſingulæ Voces non niſi ſemel ponuntur, etiam polyſemæ & homonymæ (quarum Latina lingua bene multum habet, ut & idiomata cætera) non niſi ſemel. Quomodo igitur ab hac linguarum Janua in Autorum lectionem mittetur (is enim Januæ ſcopus) Latinitatis tiro, qui tot vocum alias atque alias ſignificationes ignorabit? Et verò (quod tertiò, & quidem potiſſimùm deſidero) poſuiſſet ſaltem unamquamque vocem in* principali, id eſt, primo, ſimplici nativóque ſuo ſignificatu; *reliqua indè ſagax ingenium odoraretur faciliús. Factum autem id non eſt. Pleræque voces tranſlatè uſurpantur, Metaphoricè, Metonymicè, aut Synecdochicé: utpote cùm ſententiarum elegantiam plerubique captârit Autor. Tacebo multarum ſententiarum informitatem, quæ neque moribus, neque conſtructioni ullum præbent uſum, imò ſenſum nullum habent, ut ipſa verba quomodo inter ſe convenerint, mirari queant. (Exempli gratiâ,* 360. *Artifici compedes impinguntur ſuæ,* 623. *Vadem in ergaſtulo clàm confectum comperi* 733. *Occaſus domini attigit limen.* 953. *Has dictionum telas poſthumus nevit, &c. & ſimiles.)*

PRÆFATIO.

Sed quia Patres iſti tale hoc totius linguæ compendium primi tentâ-
runt; quod inventum eſt gratè agnoſcimus; quod erratum, condonamus
benigné. Et quia inventis addere, ut & unius inventi occaſione invenire
aliud non æquè difficile; quidni aliquid Plus ultra moliamur? Suaſit
id certè doctiſſimus, & de Scholis perquam meritus Vir D. Rhenius,
ut ſi quibus noſtrorum fortè plus otii ſuppetit, aliquid accuratiùs effin-
gendi non detrectarent laborem. Sed admoviſſe aliquem manum non-
dum conſtat. Quò factum, ut ego, è poſtremus licèt minimus, experiri,
& quod ibi deſiderabam, ſuppletum ire animum induxerim. Non cer-
tè ullâ ingenii aut eruditionis (cujus mihi umbram vix eſſe & ultro
agnoſco & deploro) fiduciâ, nec quòd nimis otio abundarem, ſed unico
Juventutis commoda promovendi deſiderio promotus. Quid autem hîc
vel præſtiterim, vel præſtare voluerim, ſilentio prætereundum non eſt;
ſed ut Tironum informationi, ità Eruditorum cenſuræ exponendum.
1. Principio, quia mihi inter immotas Didacticæ leges hæc eſt, ut Intel-
lectus & Lingua parallelæ decurrant ſemper, & quantum quis rerum
apprehendit, tantum eloqui conſueſcat, (nam qui intelligit quod expri-
mere nequit, à muta ſtatua quid differt? dare autem ſine mente ſo-
nos, pſittacorum eſt:) neceſſariò faciendum putavi, ut rerum ipſa
univerſitas per claſſes certas, ad pueritiæ captum, digereretur, eòque
modo id quod ſermone exprimendum eſt, (Res ipſæ) imaginativæ parti
primùm imprimeretur. Factum itaque eſt, & enati ſunt mihi centum
communiſſimi tituli. 2. Proxima indè cura fuit, evolvendo lexica,
uſitatiora ſeligere, & ad exprimendas res, quibus ſignificandis vel pri-
mùm inventa, vel poſt adhibita fuerunt, ità digerere, ut nihil neceſſa-
rium omitteretur, nihil niſi ſuo loco quærendum relinqueretur. Re-
dacta igitur ſunt circiter 8000 vocabula in periodos mille, quas
primùm breviores, & non niſi unimembres, poſt longiores & plurimem-
bres formavi.

Quia verò Ciceronis teſtimonio didicimus, Multùm referre pueros
à primis ſtatim annis, ad proprietatem vocabulorum aſſuefieri:
Propria autem vocabula ſunt (ut Aug. l. 1. de doctrina c. 10. in-
quit) cùm his ipſis rebus ſignificandis adhibentur, propter quas
inventa ſunt: anxiè prorſus in id elaboratum eſt, ut primo puero-
rum conceptu omnes voces proprio & nativo ſignificatu extarent, ex-
ceptis paucis quæ vel proprium amiſiſſe uſum deprehenduntur, vel pro-
pria Latina, quibus vernacula exprimerentur (ad hanc enim reſpectus
fuit perpetuus) deerant.

3. His poſitis metis, juxta & Hybernorum ſecutus Januam, non ni-
ſi ſemel quamlibet poſuâ vocem, Homonymis exceptis, quorum ſi diverſa
ſignificatio exprimenda fuit diverſis locis (in diverſa nempe materia)
omnino repetenda fuerunt. De connexivis particulis (&, ſed, quia, omnis,
&c.) nemo, ſpero, litem movebit.

4. Synonyma

4. *Synonyma & contraria plerumque juxta invicem poſui, atque ità coordinavi, ut alterum alterius genuinum recludat ſenſum. Eorum tamen ſynonymorum, quæ eandem prorſus rem ſignificant, nec vernaculè niſi unâ voce redduntur, alterum parentheſi quadratæ, & diverſis literis incluſum appoſui : ut periodo* 40. *Luciferum* [Phoſphorum] *q.* 135. *Helenium* [inula] *p.* 581. *Sapone* [Smegmate] *&c.*

5. *Et ut Grammatica quoque ſubſidium haberet, ità vocum connexionem inſtitui, ut non ſolùm ſyntactica conſtructio, ſicubi à vernaculâ recedit, ſed & Etymologicum aliquod accidens (Genus, Declinatio, Conjugatio, &c.) innueretur. Exempli gratiâ : E periodo* 169. (Haleces ſalitas nobis afferunt) *facilè puer* halecem *g. f. eſſe meminerit. E periodo* 420. (quis iis veſcatur ?) Veſci *non Accuſativo, ſed Ablativo jungi, obſervabit , &c.* 6. *Vernaculam Latinæ ità aptavimus , ut non ſolùm utriuſque omnia themata cum potioribus derivatis & compoſitis, quoad fieri potuit, nativo ſenſu extarent; ſed & ſurgentes indè tropi poſtmodum, veluti face adhibitâ, ultro queant intelligi. Seorſim autem vernaculum textum primâ hac voce (quum non omnibus, quorum judicia exploratum nunc imus, uſui eſſe poſſet) excudi curavimus.*

7. *Indeculam vocum Latinarum , ut Patres Hyberni fecerunt, etiam adjunximus, idem facturi in-poſterum in vernaculis linguis, ut & grandioris operæ, & majoris uſûs , molimur ,* Lexicon Etymologicum, *quod appellationum omnium rationes reddat , tum origines ipſorum thematum (ſive ex Latinis, ſive è Græcis Hebræiſque fontibus) detegendo, tum derivatorum ſeriem, novâ, ſuccinctâ, facili ratione, ob oculos pandendo; Addituri quoque phraſeologiam brevem & accuratam : tractatum item de Homonymis, Paronymis, & Synonymis, utiliſſimum : & denique Grammaticam ad compendioſam facilitatem, celerémque praxin, ex veris naturalis didacticæ legibus concinnatam : adeóquo didacticæ ipſius pro docentibus & diſcentibus Synopſin. Quæ omnia uno comprehenſa volumine , theſauriolum quendam primæ ſcholaſticæ eruditionis repræſentare poſſent.*

Habituri itaq; videmur Januam linguarum *ſolidis (rerum ipſarum) poſtibus bene firmatam, volubilibus (Lexici) cardinibus expeditè apertilem, præſentaneâ (Grammaticæ) clave promptè reſerabilem ; tamdiu inquam habituri, quamdiu non eſt ab excellentioribus ingeniis conſummatius aliquid ſubminiſtratum fuerit. De quo ut nihil dubitem , faciunt non tam Glaumii & Glaumianorum magnifica illa, Orbi nota, promiſſa (de quibus re ipsâ nihildum conſtat) quàm fervidus ille multorum in eruendis didacticæ fundamentis ardor & æmulatio. Quinimo ipſe jam exquiſitiora his video: quia tamen in eis concinnandis totum prope triennium (quis facilè credat tantillam opellam tanti conſtitiſſe ?) conſumptum eſt, nec demoliendis funditus & conſtruendis ab integro otium ſuppetit, eâ quâ jam adornata ſunt facie, luci exponere placuit : ſi non*

aliâ ſpe, certè ut aliquis uberiore ingenio & doctrinâ inſtructus, vel ab his noſtris etiam acepto ſtimulo, plus aliquid audeat. Novum itaque iterum tentâſſe vadum, novam fregiſſe glaciem ſatìs eſto.

Viſum autem eſt Seminarii *potiùs inſignire nomine opellam hanc, quia Rerum & ſermonis par hîc cura; illúdque enixè quæſitum, ut & confuſum rerum chaos, diſtinctionis aliquam lucem in ſapientiæ tironum oculis nanciſcatur, & Vocum Phraſiúmque infinitæ congeriei, certæ ſubſternantur radices: eóque modo primi & fundamentales totius Eruditionis, Morum & Pietatis formentur conceptus. Hic inquam ſcopus fuit: quem attigiſſe tantum abeſt ut glorier, ut primus etiam defectus agnoſcam & confitear. Veniæ autem apud cordatos ſpem facit* Horatius, *Opere in magno (etiam parvo, minutiarum pleno) fas eſſe obrepere ſomnum, autumans. Et verò quid unquam ſimul effloruit & maturuit?*

Qua de cauſſa Typographos rogatos & monitos volumus, nè, ſi cui recudere libellum allubeſcat, id autoribus inconſultis præſumat: futurum enim ſperamus, ut limatius reddatur propediem opuſculum, adjunctiſque illis quæ innuimus, nitidiùs prodeat.

Interim verò utinam aliquis eximiè doctus, Latinæque linguæ potens, exorari queat, ut hac eâdem vel ſimili methodo, eaſdem materias pleniùs pertractare, Claſſicorúmque autorum phraſibus non jam ampliùs propriè ſolùm, ſed eleganter inſuper & nervosè omnia eloqui, docere velit! Ità fieret ut amœniſſimum univerſitatis rerum, puræque Latinitatis Viridarium, collectúmque pretioſiſſimæ Scholaſticæ eruditionis Theſaurum juventus ſtudioſa haberet.

Faxit Deus, ut omnes audeamus aliquid publici boni zelo!

Scribebam in exilio, 4. Martii, Anno 1631.

J. A. Comenius.

Januæ Latinitatis Veſtibulum.

VEnite pueri.
Diſcite latinam linguam.
Pulcram & elegantem.
Comprehendite.
Pro veſtro captu.
Et varias res,
Sapientiæ ſemina.
Deus vos juvabit.
Præceptores amabunt.
Alii laudabunt.
Ipſi gaudebitis.
Si principium difficile.
Medium erit facile.
Finis jucundus.

The Portal to the Gate of Tongues,

COm yee children.
Learn the Latine tongue.
Beeing neat and elegant.
Comprehend yee it.
According to your capacitie.
And thoſe divers things,
Beeing thee ſeeds of wiſdom.
God will help you.
Maſters will love you.
Others will praiſ you.
Your ſelvs ſhall rejoice.
If the begining bee hard.
The middle will bee eaſie.
The end pleaſant.

Cap. I.

De accidentibus rerum.

DEus eſt æternus.
Mundus temporarius.
Angelus immortalis.
Homo mortalis.
Corpus viſibile.
Spiritus inviſibilis.
Anima itidem.
Cœlum eſt ſupremum.
Aër medius.
Terra infima.
Nubes eſt remota.
Nebula propinqua.
Locus eſt magnus aut parvus.
Tempus longum aut breve.
Alea lata vel anguſta.
Domus ampla vel arcta.
Montes ſunt alti.

Chap. I.

Of the accidents of things.

GOd is eternal.
The world ʿʿ*temporarie.* ʿʿEnduring but for a time.
An angel is *immortal.*
Man is *mortal.*
The bodie is *viſible.*
The ſpirit is *inviſible.*
The ſoul likewiſe.
Heaven is the higheſt.
The air the middlemoſt.
The earth the loweſt.
A cloud ʿʿ*is afar off.* ʿʿRemoved
A miſt neer.
A place is great or little.
Time is long or ſhort.
A court-yard is broad or narrow.
A houſ large or ſtraight.
Mountains are high.

Vallies deep.
Hillocks lifted up.
A cottage is low.
A tower high.
A fir-tree tall.
A river is ſhallow or deep.
A thred is ſlender (ſmall.)
A rope thick.
A reed is hollow.
Wood is ſolid.
A hole is void (emptie.)
A chimnie full of ſmoak.
A line is ſtreight or crooked.
An out-ſide rough or ſmooth.
A weight heavie or light.
A number even or odd.
A bowl is round.
A pillar is long and round.
A table four-ſquare.
X hath the form of a croſs.
A peacock is beautiful.
An ape ill favored.

Colors.

Chalk is white.
A board is black.
Vermilion is red.
Brimſtone of a pale yellow.
Graſs is green.
The firmament blue.
Glaſs is perſpicuous.
A plank duskiſh.
Water is troubled or clear.

Savors.

Honey is ſweet:
As alſo ſugar.
Gall is bitter.
Vinegar tart.
Salt briniſh.
Pepper is ſharp.
An unripe apple ſowr or unpleaſant.

Smelling.

Odor *A "ſmell is ſweet,*

Valles profundæ.
Colles elevati.
Caſa eſt humilis.
Turris excelſa.
Abies procera.
Fluvius brevis aut profundus.
Filum eſt tenue (ſubtile.)
Funis craſſus.
Arundo eſt cava.
Lignum ſolidum.
Foramen eſt vacuum (inane.)
Caminus plenus fumi.
Linea eſt recta vel curva.
Superficies aſpera vel lævis.
Pondus grave aut leve.
Numerus par vel impar.
Globus eſt rotundus.
Columna teres.
Menſa quadrata.
X habet formam crucis.
Pavo eſt formoſus.
Simia deformis.

Colores.

Creta eſt alba.
Tabula nigra.
Cinnabaris rubra.
Sulphur luteum.
Gramen viride.
Firmamentum cæruleum.
Vitrum eſt pellucidum.
Aſſer opacus.
Aqua turbida vel clara.

Sapores.

Mel eſt dulce:
Sicut & ſaccharum.
Fel amarum.
Acetum acidum.
Sal ſalſum.
Piper acre.
Immaturum pomum acerbum vel auſterum.

Odores.

Odor eſt ſuavis.

Fœtor teter.	*Stink unſavorie.*
Aliæ qualitates.	Other qualities.
Lutum eſt humidum.	*Claie is moiſt.*
Pulvis ſiccus.	*Duſt drie.*
Oſſa dura.	*Bones are hard.*
Caro mollis.	*Fleſh ſoft.*
Glacies lubrica.	*Ice* " *brittle.* " Or ſlipperie.
Pruna eſt calida & candens.	*A live cole is warm and glowing.*
Carbo frigidus & ater.	*A dead cole cold and black.*
Nos incedimus veſtiti.	*Wee go clotbed.*
Indi nudi.	*The Indians naked.*
Unicornus eſt ferum animal.	*An unicorn is a fierce* " *beaſt.* " Or living creature.
Vacca manſuetum (cicur.)	*A cow gentle (tame.)*
Leo ſævum.	*A lion is cruel.*
Ovis mite.	*A ſheep quiet.*
Conviva eſt hilaris.	*A gueſt is merrie.*
Locus amœnus.	*A place delicious.*
Amicitia jucunda.	*Friendſhip pleaſant.*
Nuncium lætum.	*Good news is joieful.*
Omnia illa grata & accepta.	*All theſe welcom and acceptable.*
Locus eſt commodus vel incommodus.	*Place is* " *fit or unfit.* " Convenient or inconvenient.
Tempus opportunum vel importunum.	*Time ſeaſonable or unſeaſonable.*
Inſtrumentum aptum vel ineptum.	*An inſtrument is fit or unfit.*
Perſona idonea vel inidonea.	*A perſon agreeable or unagreeable.*
Res eſt neceſſaria vel ſupervacanea.	*A thing is neceſſarie or ſuperfluous.*
Rei uſus utilis aut noxius.	*The uſe of a thing neceſſarie or hurtful.*
Res rei ſimilis aut diſſimilis.	*One thing is like or unlike to* " *another.* " Thing.
Sylva eſt denſa vel rara.	*A wood is thick or thin.*
Ager fœcundus aut ſterilis.	*A field fruitful or barren.*
Motus eſt celer aut tardus.	*Motion is ſwift or ſlow.*
Curſor alacer aut piger.	*A runner chearful or ſluggiſh.*
Operarius gnavus aut ignavus.	*A work-man quick or ſlothful.*
Securis eſt acuta vel ſtupida (hebes.)	*A hatchet is ſharp or blunt (dull.)*
Cibus crudus vel coctus.	*Meat is raw or* " *boiled.* " Dreſſed.
Sermo jocoſus vel ſerius.	*A ſpeech merrie or ſerious.*
Hiſtoria certa aut dubia.	*A hiſtorie certain or doubtful.*
Teſtimonium verum aut falſum	*A teſtimonie is true or falſ.*

Comparatives.

The firſt is learned.
The ſecond is more learned, (or learneder.)
The third learned'ſt (or moſt learned.)

Irregular Compariſons.

A bull is great.
A camel bigger.
An elephant the biggeſt.
A ſparrow is ſmall.
A titmouſ ſmaller.
A wren the leaſt.
Ale is good.
" Or Metheglin. " *Meath better.*
Wine the beſt.
A lizzard is bad.
A viper worſ.
An aſp the worſt.

Denominatives.

A ducat is of gold.
" Talerus. *A " dolar of ſilver.*
A kettle of copper.
A pot of tinn.
A hammer of iron.
A fourm of wood.
A wall of ſtone.

Comparativa.

Primus eſt doctus.
Secundus doctior.
Tertius doctiſſimus.

Anomala Comparatio.

Taurus eſt magnus.
Camēlus major.
Elephas maximus.
Paſſer eſt parvus.
Parus minor.
Trochilus minimus.
Cerviſia eſt bona.
Mulſum melius.
Vinum optimum.
Lacerta eſt mala.
Vipera pejor.
Aſpis peſſima.

Denominativa.

Ducatus eſt aureus.
Talerus argenteus.
Ahenum cupreum.
Cantharus ſtanneus.
Malleus ferreus.
Scamnum ligneum.
Murus lapideus.

Chap. 2.

Of the actions and paſſions of things.

For the honor of the Creator all creatures do their dutie.

The actions of heavenlie creatures.

" Or praiſ. *Angels do " celebrate him.*
The ſun ſhine's.
The moon is bright.
The ſtars do twinkle.
The daie begin's in the morning.
The night at evening.

Cap. 2.

De rerum actionibus & paſſionibus.

Creatoris in honorem faciunt omnes creaturæ ſuum officium.

Cœleſtium actiones.

Angeli celebrant eum.
Sol lucet.
Luna ſplendet.
Stellæ micant.
Manè incipit dies.
Veſperi nox.

Elemen-

Elementorum.	Of the Elements.
Elementa alunt nos.	*The elements do nouriſh us.*
Ignis ardet.	*The fire burneth.*
Flamma flagrat.	*The flame flaſhe's.*
Scintilla gliſcit.	*A ſpark gloweth.*
Tonitru tonat.	*Thunder thundreth.*
Ventus flat.	*The winde bloweth.*
Pluvia pluit.	*The rain raineth.*
Nix ningit.	*The ſnow ſnoweth.*
Aqua in plano fluit.	*The water runneth on the plain (ground.)*
Ex vaſe manat.	*It floweth out of a veſſel.*
E fonte ſalit.	*It bubleth (or leapeth) out of a fountain.*
E puteo hauritur.	*It is drawn out of a pit.*
Plantarum.	Of Plants.
Herba creſcit.	*An herb increaſeth.*
Folium viret.	*A leaf is green.*
Flos floret.	*A flower flouriſheth.*
Fructus matureſcit.	*The fruit waxeth ripe.*
Quem ut carpas.	*Which that thou maieſt crop.*
Flecte ramum.	*Bend the bough.*
Sive ſint pyra, ſive pruna, ſive ceraſa, &c.	*Whether they bee pears, or plumbs, or cherries, &c.*
Nux continet nucleum.	*A nut conteineth a kernel.*
Roſa olet bene.	*A roſe ſmelleth well.*
Urtica urit.	*A nettle ſtingeth (burneth.)*
Animalium.	Of living Creatures.
Lapis jacet.	*A ſtone lieth along.*
Arbor ſtat.	*A tree ſtandeth up.*
Animal ſe movet.	*A living creature move's it ſelf.*
Avis volat.	*A bird flieth.*
Piſcis natat.	*A fiſh ſwimmeth.*
Quadrupes graditur.	*A four-footed beaſt goeth.*
Serpens ſerpit.	*A ſerpent creepeth.*
Vermis repit.	*A worm crawleth.*
Cervus currit.	*A hart runneth.*
Equus hinnit.	*A horſ neigheth.*
Bos mugit.	*An ox loweth.*
Agnus balat.	*A lamb bleateth.*
Porcus (ſus) grunnit.	*A hog (ſow) grunteth.*
Urſus murmurat.	*A bear murmureth.*
Lupus ululat.	*A wolf howleth.*

A dog barketh.	Canis latrat.
A ram butteth.	Aries arietat.
A wilde beaſt teareth in pieces.	Bellua laniat.
A hare flieth.	Lepus fugit.
A fox changeth his hairs.	Vulpes mutat pilos.
A cat catcheth mice.	Catus (felis) capit mures.
A hen laieth eggs.	Gallina ponit ova.
A gooſ eateth oats.	Anſer veſcitur avenâ.
Worms gnaw fat things.	Vermes rodunt pinguia.
Lice do bite the skin:	Pediculi mordent cutem:
As alſo gnats and fleas.	Ut & pulices atque culices.
An ant is laborious.	Formica eſt laborioſa.
A ſpider artificial.	Aranea artificioſa.
Bees do prick with the ſting.	Apes pungunt aculeo.
What-ever liveth is livelie.	Quicquid vivit viget.
Of Man.	*Hominis.*
Wee do divers things.	Nos agimus varia.
With bodie and minde.	Corpore & animo.
The head is filled with the brain.	Caput repletur cerebro.
Is covered with hairs.	Tegitur capillis.
(Except the countenance.)	(Excepto vultu.)
No member is given in vain.	Nullum membrum fruſtrà datū (eſt.
For wee ſee with our eies.	Nam oculis cernimus.
Wee purge our filth by the noſe.	Per naſum excernimus.
The fore-head hath wrinckles.	Frons habet rugas.
The ears do hear.	Aures audiunt.
The noſtrils do ſmell.	Nares olfaciunt.
The tongue taſteth how things ſavor.	Lingua guſtat quomodo res ſapiant.
Wee chew with the teeth.	Dentibus mandimus.
The ſtomach concocteth.	Stomachus conquoquit.
The bowels do caſt out.	Inteſtina egerunt.
The liver make's bloud, and ſendeth it through the veins.	Hepar conficit ſanguinem, & dimittit per venas.
The heart panteth.	Cor palpitat.
The lungs do breath.	Pulmo reſpirat.
The lips are about the mouth.	Labia ſunt circa os.
A beard adorneth the chin:	Barba ornat mentum.
Women are beardleſs.	Fœminæ ſunt imberbes.
Wee carrie on the ſhoulders.	Humeris bajulamus.
Wee embrace with the arms.	Brachiis amplectimur.
Wee labor with the hands.	Manibus laboramus.
The left holdeth, the right performeth a work.	Siniſtra tenet, dextra peragit opus.

Palmâ palpamus.	Wee handle with the palm.
Pugno percutimus.	Wee ſmite with the fiſt.
Volâ prehendimus.	Wee hold with the hollow of the hand.
Digitis conſtringimus.	Wee ſtraiten (anie thing) with the fingers.
Unguibus ſcabimus & ſcalpimus.	Wee ſcratch and ſcrape with the nails.
Sub pectore venter eſt.	The bellie is under the breaſt.
Infra axillas latera.	The ſides under the arm-pits.
Sub his coſtæ.	The ribs below theſe.
Tergum habet ſupernè ſcapulas, infernè lumbos.	The back hath the ſhoulder-blades above it, below it the loins.
Natibus ſedemus.	Wee ſit on the buttocks.
Pedibus ambulamus.	Wee walk with the feet.
Mentis.	Of the minde.
Mens cogitat ſemper aliquid.	The minde alway thinketh of ſomthing.
Etiam in ſomnio ſomniat.	Alſo it dreameth in a dream.
Intellectus intelligit.	The underſtanding underſtand's.
Ratio ratiocinatur.	The reaſon reaſoneth.
Memoria meminit.	The memorie remembreth.
Et ſi quid oblita eſt, recordatur.	And if it have forgotten anie thing “ remembreth it. (“Or calleth it to minde)
Voluntas vult bonum.	The will deſire's that which is (good.
Declinat malum.	It ſhunneth evil.
Sed ſæpe fallitur.	But is often deceived.
Gaudet & triſtatur.	It rejoiceth and is ſad.
Securus curat nihil.	A careleſs man regard's nothing.
Tutus timet nihil.	A man that is ſafe fears nothing.
Vegetus laborat.	One that is luſtie laboreth.
Feſſus quieſcit.	One that is wearie reſteth.
Vigilia enim fatigat.	For watching wearieth.
Sopor recreat.	Sleep refreſheth.
Cùm ſeptem horas dormiviſti,	When thou haſt ſlept ſeven hours,
Et evigilas, excita alios.	And awakeſt, ſtir up others.
Morbidorum.	Of the diſeaſed.
Jejunus appetit eſcas.	Hee that is faſting deſire's meat.
Satur faſtidit.	Hee that is full loatheth it,
Delicatus deligit.	Hee that is daintie chuſeth.
Sanus ſi bene, valet.	One that is ſound is in good health.

A ſick

A ſick man is ſick.	Ægrotus ægrotat.
Hee that is grieved complain's.	Cui dolet is queritur.
Diſeaſes without grief are dangerous.	Morbi ſine dolore ſunt periculoſi.
And for the moſt part deadlie.	Et plerunque lethales.
A feaver returneth by fits.	Febris redit per vices.
An apoplexie killeth ſuddenly.	Apoplexia enecat citò.
A ſcab cauſſeth an itch.	Scabies facit pruritum.
A bile abounds with corrupt bloud	Ulcus ſcatet tabo.
A new wound is healed.	Recens vulnus ſanatur.
Whatſoever is rotten, ſtinketh.	Quicquid putret, ſordet.
A ſtrong man can bear much:	Robuſtus poteſt multum ferre:
Hee that is tender (can) ſuffer little.	Tener parùm ſufferre.
Hee that is blinde ſeeth not.	Cæcus non videt.
Hee that is deaf heareth not.	Surdus non audit.
Hee that is dumb ſpeak's not.	Mutus non loquitur.
No man wanteth the touching, but hee that is ſick of a palſie.	Tactu caret nemo, niſi paralyticus.
A lame man halteth.	Claudus claudicat.
Somthing is wanting to the maimed.	Mutilo deeſt aliquid.
Of Workmen.	*Opificum.*
A husband-man ploweth.	Agricola arat.
Hee ſoweth in the ſpring.	In vere ſeminat.
Hee moweth in the ſummer.	In æſtate metit.
In autumn hee gathereth the vintage.	In autumno vindemiat.
In winter hee threſheth in the barn.	Hyeme triturat in horreo.
A gardner plant's a garden.	Hortulanus plantat hortum.
A miller grindeth bread-corn in the mill.	Molitor molit in mola frumentum.
A baker bake's bread of flower in a fornace.	Piſtor pinſit in furno panem è farina.
A ſhepherd feedeth his flock.	Paſtor paſcit gregem.
Hee cutteth haie in the meadow.	Secat fœnum in prato.
Hee maketh cheeſes of milk.	Format è lacte caſeos.
A butcher killeth beaſts.	Lanio mactat pecudes.
A hunts-man hunt's wilde beaſts.	Venator venatur feras.
A fowler catcheth birds.	Auceps capit volucres.
A fiſher fiſheth.	Piſcator piſcatur.
A cook prepareth meat.	Coquus parat cibos.

Elixat in olla.	*Hee boileth in a pot.*
Aſſat in verubus.	*Hee roſteth it on ſpits.*
Frigit in butyro.	*Hee frieth it in butter.*
Torret in craticula.	*Hee broileth it on a gridiron.*
Fercula condímus aromatibus.	*Wee ſeaſon our diſhes (of meat) with ſpices.*
Potum condĭmus in cella.	*Wee laie up drink in a cellar.*
Ex uvis fit vinum.	*Wine is made of grapes.*
Cerviſia promitur è dolio.	*Ale is drawn out of a tun.*
Auriga jungit equos.	*A carter joineth horſes.*
Et ungit rotas.	*And greaſeth the wheels.*
Et proficiſcitur ſubitò, in cœno autem hæret.	*And goeth ſuddenly, but ſticketh in the mire.*
Quum vehit onera curru aut trahâ.	*When hee carrieth burdens in a cart or dreie.*
Nauta navigat navi.	*A mariner ſaileth in a ſhip.*
Nauclerus gubernat.	*A pilot guideth it.*
Remiges remigant.	*Rowers row it.*
Per fluvios vadamus.	*Wee wade through rivers.*
Aut utimur ſcaphis.	*Or uſe boats.*
Aut ſtruimus pontes & ponti-(culos.	*Or make great or little bridges.*
Viator it per ſemitam.	*A traveller goeth through a path.*
Et cavet nè errer.	*And take's heed leſt hee wander.*
Aut cadat in foveam.	*Or fall into a ditch.*
Cedit retro, ubi nequit pergere.	*Hee goeth backward, where hee cannot proceed.*
Mercator tractat merces.	*A merchant dealeth in wares.*
Metuit damnum, quærit lucrum	*Hee feareth loſs, hee ſeeketh gain.*
Moneta geſtatur in crumena.	*Monie is carried in a purſ.*
Quoniam pecuniâ quæ debemus ſolvimus.	*Becauſ with monie wee paie thoſe things which wee ow.*
Emimus & vendimus caro aut (vili.	*Wee buie and ſell deer or cheap.*
Nummi ſunt diverſi : quiſque ſuo valore.	*Monies are diverſ: everie one in his own value.*
Netrix net è lino.	*The ſpinſter ſpinneth out of hemp.*
Textor texit linteum, telam.	*A weaver weav's linnen, a web.*
Pannifex è lano pannos.	*A clothier (maketh) clothes of wool.*
Sartor menſurat veſtes.	*A tailor meaſureth clothes.*
Sutor ſuit calceos ex corio.	*A ſhoomaker ſoweth ſhoos of leather.*
Pellio è pellibus pellicea.	*A skinner (maketh) leathern coats of skins.*

A roper

A roper twineth a rope.	Reſtio torquet reſtim.
A potter maketh jugs.	Figulus fingit fidelias.
A joiner glueth his desks.	Scriniarius ſua ſcrinia glutinat.
A ſmith beateth.	Faber cudit.
A carpenter hew's with an ax, and buildeth a building.	Lignarius aſciat ſecuri, & ædificat ædificium.
Hee laieth the foundation, hee ſetteth up the walls.	Ponit fundamentum, erigit parietes.
Hee covereth it with a roof.	Operit tecto.
A weak (building) is not firm.	Debile non eſt firmum.
It is under-propped with props	Fulcitur fulcris
That it fall not.	Ut ne ruat.
Verbs Imperſonals.	*Verba Imperſonalia.*
If it liſteth you, it is lawful.	Si tibi libet, licet.
If it irk you of a labor, let it aſhame you.	Si te piget laboris, pudeat te.
It is meet that it irk you of ſin.	Decet te pœnitere peccati.
Silence becom's a young man.	Adoleſcentem decet ſilentium.
If it irk you of ſitting, it is meet to walk abroad.	Si te ſeſſionis tædet, oportet ſpaciari.

Chap. 3. / Cap. 3.

Of the circumſtances of things. / *De rerum Circumſtantiis.*

Adverbs. / *Adverbia.*

Who calleth mee? I.	Quis vocat me? Ego.
Is it thou? who is there then? Paul.	Túne es? quis eſt igitur illic? Paulus.
Let us exſpect till hee com.	Exſpectemus donec veniat.
Well, God ſave you, I thank you.	Bene, ſalve, ago gratias.
How do you? ſo, indifferently.	Ut valeas? ſic, mediocriter.
Where haſt thou been? whence returneſt thou? out of the town.	Ubi fuiſti? unde redis? ex oppido.
Which waie wenteſt thou? through the gallerie.	Quà iviſti? per porticum.
Whither wilt thou go? home.	Quorſum vis? domum.
And whither from thence? no whither.	Et quò indé? nuſquam.
When haſt thou been in the garden?	Quando in horto fuiſti?
Yeſterday, to day, erewhile, of late, long ago.	Heri, hodie, modò, nuper, dudum.

Quando me inviſes? mox, cras, perendie, aliquando.	*When wilt thou viſit mee? by and by, to morrow, the day after, ſomtime.*
Scíſne memoriâ lectionem?	*Doſt thou con thy leſſon by heart?*
Sic ſatis, ego minimè, neutiquam.	*So ſo, I do not at all.*
Quæ eſt cauſſa? num es oblitus? feré.	*What cauſ is there? what, haſt thou forgoten? almoſt.*
Cur non repetis?	*Why doſt thou not repeat?*
Mihi nunc non vacat.	*I am not at leiſure now.*
Quare? miſſus ſum in villam.	*Wherefore? I am ſent into the village.*
Profectó: ibo unà; nequaquam.	*Truly; I will go together with you; no.*
Quamobrem? repetemus in itinere.	*Wherefore? wee will repeat in our journie.*
Id præſtat quàm garrire.	*That is better then to prattle.*
Omnino; redibimúſne maturé?	*Far away; ſhall wee return preſently?*
Fortaſſe, ſed vix. Eho dubitas?	*Peradventure, but ſcarcely. Oh doubteſt thou?*
Procul eſt, properabimus.	*It is afar off, wee will make haſte.*
Ceu ſutores? quid tum?	*As coblers? what then?*
Noſtram ætatem decet agilitas.	*Nimbleneſs becom's our age.*
Sic aïunt, imò ſic eſt.	*So they ſay, yea it is ſo.*
Nè clama, atqui ſumus ſoli.	*Crie not, but wee are alone.*
Quomodo ludemus? pila. quamdiu?	*How ſhall wee plaie? at ball. how long?*
Totum diem. hui nimium eſt.	*All the daie. alas it is too much.*
Atqui ſunt feriæ.	*But they are holie daies.*

Præpoſitiones.	Prepoſitions.
Pergamus rogo te.	*Let us go on I intreat thee.*
Nunc tibi parvas voculas exponam.	*Now I will expound the ſmall words to thee.*
Ad nos trahimus, à nobis trudimus.	*Wee draw to us, wee thruſt from us*
Cum nobis ducimus, ante nos pellimus, ponè nos raptamus.	*Wee lead with us, wee drive before us, wee ſnatch behinde us.*
Secundùm flumen facile eſt natare.	*It is eaſie to ſwim with the ſtream.*
Adversùs illud impoſſibile.	*Againſt it is impoſſible.*
Apud altare Sacerdos habet penès ſe Diaconum.	*The Prieſt at the altar hath his Deacon" in his power.*

"Attending on him.

Touching one that is raſh, obſerv that hee ſtaie not within the houſ.	De temerario nota, quòd intra ædes non maneat.
Let him climbe over the top.	Supra culmen ſcandat.
Let him creep within the threſhold.	Intra limen reptet.
Confeſs before us, what thou haſt don privately from us.	Fatere coram nobis, quid feciſti clam nobis.
Becauſ it is open.	Quia eſt palám.
I have don contrarie to the command.	Contra præceptum feci.
I have been unthankful toward the maſter.	Erga præceptorem ingratus fui,
One for his wickedneſs, beeing a run-agate out of the houſ,	Quidam ob ſua facinora, è domo profugus,
Running nigh the waie, ſtood on this ſide the pool;	Juxta viam currens, citra ſtagnum conſtitit;
Afterward having gon beyond the pool,	Deinde ultra ſtagnum progreſſus,
Hee came into the wilderneſs.	Venit in deſertum.
Hee went about the mariſhes.	Obibat circa paludes.
Hee wandred among the woods.	Obberrabat inter nemora.
Hee ſailed beyond the ſea, even to the utmoſt Ilands.	Navigabat trans mare, uſque ad extremas inſulas.
Nigh the bounds of the world.	Prope orbis terminos.
Wandering out of the countrie.	Extra patriam vagans.
For whom they intreat.	Pro quo intercedunt.
But for the example of others hee cannot bee received.	Verùm propter exemplum cæterorum non poteſt recipi.
Alas! how great miſhap.	Hem! quantum infortunium!
Hee is happie in compariſon of ſuch	Felix præ talibus.
who keep's his conſcience pure.	Qui conſcientiam puram cuſtodit.

Numerals.	*Numeralia.*
¶Likewiſe. *Know you how to number? "verie well.*	Scis numerare? utique.
Trie then, how manie things there are.	Tenta igitur, quot ſunt res.
There is one volume of the Bible.	Unus eſt codex Bibliorum.
There are two Teſtaments, the Old and the New.	Duo ſunt Teſtamenta, Vetus & Novum.
Three perſons of the holie Trinitie.	Tres perſonæ ſanctæ Trinitatis.

Quatuor

Quatuor Evangeliſtæ, quinque ſenſus, ſex profeſti dies.
Septem petitiones in Oratione Dominica.
Octo dies ſunt ſeptimana.
Ter tria ſunt novem.
Decem precepta Dei.
Undecim Apoſtoli, dempto Judâ.
Duodecim fidei articuli.
Triginta dies ſunt menſis.
Centum anni ſunt ſeculum.
Satanas eſt mille fraudum artifex.

Four Evangeliſts, five ſenſes, ſix “ working daies.
“ Seven petitions in the Lord's Praier.
Eight daies are a week.
Thrice three are nine.
Ten Commandements of God.
Eleven Apoſtles, Judas beeing excepted.
Twelv Articles of the Faith.
Thirtie daies are a moneth.
A hundred years are an age.
Satan is the forger of a thouſand deceits.

“ Not hallowed.
“ So the L. Biſhop of Landaff in his Treatiſ of the Sacrament of the Lords Supper divides them.

CAP. 4.

De rebus in ſchola.

Scholaſticus frequentat ſcholam,
Quo in artibus erudiatur.
Initium eſt à literis.
E ſyllabis voces componuntur.
E dictionibus ſermo.
Ex libro legimus tacité.
Aut recitamus claré.
Involvimus eum membranâ.
Et ponimus in pulpito.
Atramentum eſt in atramentario, in quo tingimus calamum.
Scribimus eo in charta, in ütraque pagina.
Si perperam, delemus.
Et ſignamus denuo rectè, vel in margine.
Doctor docet.
Diſcipulus diſcit non omnia ſimul, ſed per partes.
Præceptor præcipit facienda.
Rector regit Academiam.

CHAP. 4.

Of things in a ſchool.

A Scholar frequenteth the ſchool,
That hee may bee inſtructed in the arts.
The begining is from letters.
Words are compoſed of ſyllables.
A ſpeech of words.
Wee read ſilently out of a book.
Or recite it aloud.
Wee wrap it up in parchment.
And laie it in a desk.
Ink is in the ink-horn, in which wee dip the quill.
Wee write with it in paper, on either page.
If badly, wee blot it out.
And then mark it in the line, or in the margent.
A teacher teacheth.
A ſcholar learneth not all together, but by parts.
The Maſter command's things to bee don.
The Governor ruleth the Academie.

The School-maſter obſerveth, and furthereth.
The obſerver warneth and ſetteth down.
The Maſter inſtruct's all, they attend ſeverally.
Hee mendeth faults.
The diligent profiteth, the negligent is beaten.
For the ferula is at hand.
They beat not with a ſtaff.
But chaſtiſe with rods.
Go not out without leav.
Return after thy ſtaie.
Perform that which thou oughteſt to do.
A line is made by rule, a circle by compaſs.
A Grammarian ſpeaketh, a Logician diſputeth.
Hee diſcerneth truths from falſhoods.
A Rhetorician ſpeaketh elegantly, a Muſician ſingeth.
A Poet maketh verſes.
A Painter maketh a picture.
311 Quartana, hydrops, phthiſis, diuturni, ſontici & letha-les ſunt: illa cum horrore recurrit, iſte aquâ intercute perimit, hæc lentâ tabe paulatim tabidos conſumit & conſummat.

312 Pthiriaſi [k] affecti pediculis verminant. Epilepſiâ la-borantes à morbo caduco [*comitiali, herculeo, ſacro*] pa-rumper abſunt.

k *Morbo pedicu-lari.*

313 Paralyſeôs & apoplexiæ [*ſiderationis*] præcurſorem perhibent eſſe ſpaſmum. Scorbutum* [*ſceloturbe*] ſanatur cochleariâ.

314 Peſtis contagioſa [*lues*] bubones & malignos† carbunculos jaculans, palabunda graſſatur, repentè ac ſubitò* invaleſcit, & contagione latiùs ſerpente ingentes nationes vaſtat.

**Oſcedo, ſtomacace*

† Virulentos anthraces.

** Ut ſolent morbi epidemici, quibus communis eſt cauſſa supernè ab aëris inquinamento tracta.*

CAP. 25. *De Ulceribus & Vulneribus.*

315 Suppurans ulcus ubi abſceſſit a, apoſtema dicitur, & inciſione aut cauſticis aperitur; dum rumpitur, pus, tabum & ſanies purulenta ex eo profluit; è pure autem ſubalbido cum carne convoluto & concreto fit glandula. Abſceſſum per catharticab & expurgantia deterſum, Sarcoticâ carne de integro replent.

a Adhibendo putrefacientia, ſuppurantia, maturantia & attrahentia.

b Ruptica.

316 Carcinoma [*cancer*,] herpes, ſtomacace, lues venerea, phagedæna, gangræna, lepra [*elephantiaſis*,] pſora c, varioli, morbilli d, † puſtulæ, papulæ, hydroæ, more ſcabiëi pruriginem proritant, & contactu inficiunt*, ideóque contagioſi ſunt.

c Inde capitis ſquamula & furfures: achores.

d Exanthemata.

**Aliis affricant ſcabiem.*

† Phlegmone, eryſipelas, polypus ſinus, furunculus.

317 Vulnus (cui turunda imponitur) cæſim fit aut punctim y plaga et fractura, percuſſione, colliſu aut contuſione, cujus ſignum livor eſt.

Sphakelus [ſideratio] *facit partem jam emortuam & cadaveroſam nigreſcere. Hordeolum è palpebra margine enaſcitur.*

318 Si recens neglectim habitum, exulceratet recrudeſcit, cum in ſanioſum virus computruit, evadit inſanabile; éſtque ad vivum reſecandum, aut medicamentis catharcticis [*depaſcentibus* e] exedendum, aut cauterio amputandum.

319 Quum vomica coit, cruſtâ obducitur; quum ſaneſcit, pruriet; tandem tamen cicatrix f ſupereſt, aut, ſi malè curetur, ſcirrhus indolens.

e Qua carnem putridam ac luxuriantem depaſcunt.

f Quam Epuletica carni obducunt.

320 Ambuſta *caro* ab aduſtione vel aquâ fervente affusâ, emittit puſulas g: vibex orta eſt à verbere; callus ab induratione h.

g Quæ cuticulam [epidirmida] *veſicant, & à germana cute divellunt vel excoriant.* b *In digito à calcei preſſu occalleſcente, ſuccreſcit clavus* [tuberculum calloſum.]

313 *The cramp, men ſaie, is a fore-runner of the palſie and apoplexie. The ſcurvie is cured with ſcurvie-graſs.*

314 *The contagious plague* or murrain, *ſhooting out botches* and malignant* venemous *plague-ſores, rangeth and rageth; it prevaileth ſuddenly* [upon a ſudden] †, *and, the infe-ction ſpreading wider, it makes havock of huge great nations*

* In the groin.
† As common ra-ging diſeaſes uſe *to do*, that have ſom common cauſ drawn from aloft, from the corruption of the air.

CHAP. 25. Of Sores and Wounds.

315 A *Bile* or ſore *that is mattered*, a, *when it gathereth to an head, is called an impoſtume, and is opened by lan-cing or hot piercing* plaiſters; *as it break's, gore and matterie bloud runneth out of it: Now of the whitiſh matter* [atter, filth,] *as it is rolled up and grown together with the fleſh, is made a core. When an impoſtume is cleanſed by cleanſing, ſcour-ing things, incarnatives fill it up* b *whole with fleſh.*

316 *The canker, the wolf, the ſoreneſs of the mouth, the French pocks, the wilde ulcer, the gangrene, the leproſie, mangi-neſs* c, *the ſmall pocks, the meazles* d, *pimples, whelks,* [pouks] *wheals, ſtir up an itching, after the manner of a ſcab, and infect by touching: and therefore they are catching* or infectious.

317 *A wound (whereinto a tent is put) is made by ſlaſhing or ſtabbing: a blow and burſting* [breaking] *a bone, by ſmiting, by cruſhing, and by a bruiſ; the mark whereof is black and blue.*

318 *If a green* wound, *beeing not heeded* [careleſly look'd af-ter] *feſtereth and rankleth, when it is rotted into a gorie vene-mous atter, it proveth incurable, and muſt bee pared off to the quick, or eaten out with correſives* e, *or ſeared off.*

319 *When an impoſtume cloſeth, it is drawn over* [over-laid] *with a ſcurf: when it begin's to heal, it will itch; yet at laſt there remain's a skar* f, *or, if it bee not rightly cured, a ſtonie hard lump without pain.*

320 Fleſh *burn't or ſcalded with burning or ſcalding com's* [break's] *out with wateriſh bliſters* g: *A black and blue mark proceed's from a ſtroke* [ſtripe;] *a brawn* [thick skin] *from hardning* h.

a By laying on rotting, ripening and drawing *medicines*.
b Afreſh.
c A ſcall'd-head.
d A puſh, blain, or bliſter, St. Antho-nie's fire, the noſe ulcer, the fiſtula, the felon. The dead grangrene make's the part look black, being ſtark dead, and carrion-like. Aſtianeie groweth out of the brim of the eie-lid.
e Which eat out the dead and rank [*over-grown*] fleſh
f Wherewith fleſh is skinned over, by medi-cines that skin over a ſore.
g Which bliſter the upper skin, and pull it aſunder from the true un-der-skin; or elſ doth the skin clean off. h A corn groweth on the toe, as it waxeth hard by the ſhoos pinching it.

CHAP. 26. Of the outward Senſes.

a Trial.
b Griping.
c Preſſing.
d Handling.

321 *Make trial*, and *thou ſhalt finde by experience* [a], *whether a thing bee hot or cold, by touching* it ; whether *wet or drie, by* [b] *laying hold on* it ; *hard or ſoft, by* [c] *cruſhing* it ; *ſmooth or rough* [ſlick or harſh] *by* [d] *feeling* it ; *heavie or light, by lifting it up.*

322 *What wee eſpie not out, wee ſeek for it by groping after* it.

323 *And this is the firſt ſenſ, Touching* [Feeling.]

324 *The Taſte hath a gift to know one taſte* [ſavor, ſmack,] *from another.*

e Taſteth, ſavoreth

325 *Would'ſt thou know how anie thing reliſheth* e ? *taſte* [ſaie] *of it with the tip of* thy *tongue.*

f Luſcious, tooth-ſom, wallowiſh,

326 *For ſugar is ſweet* [f] , *wormwood* is *bitter, ſorel or ſowr-dock is tart* [ſharp, eager,] *pepper keen,* [ſmart, biting,] *the wilde grape* is *ſowr, green apples are crabs harſh* ; *ſom things are utterly unſavorie* [flaſhie, taſte of nothing.]

327 *The Sent* [Smelling] *diſcerneth ſmells, in what manner anie thing ſmelleth* [h].

g Savoreth.
* Musk.
h Reeketh.
i As ſhafts or wells ſunk in the ground, and fill'd up again.
† The hairs in the arm-holes ſmell rammiſh [*rank.*]
k Hoarie, vinued.
l Diſtinguiſh.
m That is born with a man.
n Clapping of hands or feet.
o Beating the breſt.

328 *For musk (which is a corrupt bloud gathered about the navel of a* * *ſivet-cat)* [h] *breatheth out a fulſom ſweet ſent* ; *roſted or ſcorched fleſh, a reek* [ſteam;] *things that die alone and carrion, a moſt noiſom ſtench* ; *cloſe ſmoaking holes* [i], *a poiſonous damp, and ſtrong baneful breath* †.

329 *Muſtie* k [mouldie,] *tainted, ſapie, rotten, reiſtie things (ſuch as bacon and greaſ is wont to bee) do ſtink* [caſt a filthie ſmell.]

330 *By the Hearing wee know* [l] *one ſound from another : For a ſound* [noiſ] *beeing made by the claſhing of hard things together, and latch'd by the outward ear, is conveighed over thorow crooked winding turnings to the* [m] *inbred air, cloſe by the after-brain.*

331 *Theſe are contraries, laughter and weeping* ; *frolicking* [n] *and wailing* [o], *a jocund noiſ and ſighings groanings or ſobbing, whiſpering and ſhouting* [loud crying out.]

332 *A tune beaten back* [a ſound recoiling] *and reſounding is called an Eccho* ; when there is *no* noiſ, all is *whiſt and ſtill.*

* Which yet may bee miſtaken, if you look not wiſtly [*ſtedfaſtly.*]
p A paliſh white.
q Negro, Morian.

333 *By the ſight* * *wee put a difference between colors (whereof white* [p] *and black are fartheſt aſunder, the reſt are in a mean) thus :*

334 *Pitch is cole-black, a Blackmore* [q] is *ſwart, a ſparrow brown,*

CAP. 26. De Senſibus externis.

321 Caleat, an frigeat quid, tangendo; humidum an ſiccum, prenſando; durum an molle, comprimendo; læve an aſperum, attrectando; grave an leve, tollendo; periculum fac, et comperies.

322 Palpando quærimus quod non conſpicamur.
323 Atque iſte eſt primus ſenſus, Tactus;
324 Guſtus ſapores dignoſcendi facultatem habet.

325 Quomodo quid ſapiat ſcire vis? guſta [*deliba*] extremâ linguâ.
326 Nam ſaccarum dulce eſt, abſynthium amarum, acetoſa oxalíſve acida, piper acre, labruſca acerba, immatura [*immitia*] & ſylveſtria poma auſtera, quædam planè inſipida.
327 Olfactus [*odoratus*] odores, qualiter quid oleat, internoſcit [*olfacit.*]
328 Moſchus enim (qui cruor eſt circa umbilicum zibethi collectus) fragrantiam exhalat: aſſa vel aduſta *caro* nidorem: morticina & cadavera teterrimum fœtorem: ſpiracula mephitim, graviſſimum ac peſtiferum ſpiritum a.
329 Mucida, ſenta [*ſitu corrupta,*] putida, putrida, rancida (cujuſmodi lardum eſſe ſolet & arvina) fœtent [*ſordent.*]
330 Auditu ſonos diſcernimus: Etenim ſonus ex ſolidorum colliſione editus, auriculis exceptus, per tortuoſos ac flexuoſos anfractus tranſmittitur ad aërem congenitum, juxta cerebellum.

331 Contrarii ſunt, riſus et fletus, plauſus b & planctus, jubilum, et gemitus; ſuſpiria, ſingultus; ſuſurrus, et vociferatio [*exclamatio.*]
332 Tonus c repercuſſus et reſonans, eccho dicitur: nullus, ſilentium.

333 Colores (quorum albus et niger extremi ſunt, reliqui intermedii) viſu d diſcriminamus ſic:

334 Pix eſt atra, Æthiops fuſcus [*furvus,*] paſſer pullus

a *Grandebolo* [pili ſubalares] *redolens hircum* [hircoſum.]

b *Manuum pedúmve complosio.*

c *Reciprocus.*

d *Qui tamen allucinari poteſt, niſi oculum intenderis.*

pullus, anſer aquilus, caſtanea ſpadicea [*badia.*]

335 Inter cærulea, caryophyllon dic hyacinthinum, violam janthinam, ſuggillationem lividam, cyanum cyaneum o, felinos oculos cæſios [*glaucos,*] quædam ſubcærula.

o *Cæruleum.*

336 Inter viridia, quercetum herbeum, pinetum praſinum, pontum hyalum [*venetum, vitreum.*]

337 Rubra ſunt, leo fulvus, minium puniceum, coccum coccineum [*purpureum* p] flamma rutila, ſanguis rubicundus, nonnulla rubida, quædam rava.

p *Sic vulgo dictum.*

338 Lutea ſunt, aurum flavum, cadaver exſangue luridum, later ſemicoctus gilvus [*helvus.*]

339 Albi denique ſpecies ſunt, Ruſſus, cinereus, pallidus, lacteus, canus, candidus, niveus, ſcutulatus, vulgò noti: ſed quædam ſunt diſcolora, verſicolora, decolora.

CAP. 27. *De Senſibus internis.*

340 UT ſentire te ſentias, interni ſenſus dati ſunt tres, in cerebro reſidentes, (quod ſternutando [*ſternutatione*] purgatur:)

341 Nimirum ſub ſincipite ſenſus communis, qui rei viſæ, auditæ, guſtatæ etiam ſimulacrum apprehendit.

342 Hic à vaporibus in ſomno obſtruitur a: hinc inſenſibilitas.

a *Obſtipatur.*

343 Sub vertice habitat phantaſia, quæ diſcrimina rerum dijudicat.

344 Hæc in perpete eſt agitatione: hinc cogitationes, ſomnia, & multifariæ imaginationes b.

b *Cogitabundus obturum eodem figit.*

345 Sub occipitio memoria eſt, quæ jam apprehenſa & dijudicata in futurum uſum recondit.

346 Qui illas rerum icones [*ſpecies*] (ſive dudum, ſive

brown [murrie,] *a gooſ is of a dark graie, a cheſtnut of a cheſtnut-brown,* [a bright baie.]

335 *Amongſt blue things; call the jilloflower a dark purple-blue* a; *the violet of a violet color* [a deep ſhining blue,] *the mark* b *of a bruiſ, black and blue;the* herb *blue-bottle of an azure* [skie-colored, bright-blue;] *cats eies of a graie blue* [wall eied;]*ſom of a watchet* [light blue-blunket.]

a Neareſt the true purple, between red and black.
b Bloud-ſhotten *in the eies.*

336 *Among green things, a grove of okes, of a graſs-green; a grove of pines, of a leek-green; the ſea, a ſea-water-green* [glaſs-green.]

337 Theſe *are red things, a lion is tawnie* [dun c,] *vermilion* [red lead] *of a darkiſh red,ſcarlet-grain of a crimſon* [ſcarlet d,common purple,] *a flame is fire-red* e, *bloud, bloud-red, ſom things reddiſh or ruddie, ſom ruſſet.*

c Weazle-colored.
d Stammel.
e Glittering-red.

338 Theſe *things are yellow* f*: gold is bright yellow, a bloud-leſs carcaſs is wan* [a dead yellow,] *an half-burnt brick, a whitiſh-yellow* g, *or* ſallow.

f Like the yolk of an egg.
g Next to a carnation.

339 *Laſt of all, the kindes of white are, a* h *carnation* [fleſh-color] *aſh colored, bleak* [pale] *milk-white, hoarie* [like graie hairs,] *bright, pure-*[ſnowie-]*white, dapple-graie; colors commonly known; but ſom things are partie-colored* i [pied,ſpeckled,] ſom *changing color,ſom ill-colored* [that have loſt the color,

h White-red.
i Of a motlie *or* medlie.

CHAP. 27. Of the inward Senſes.

340 T*Hat a man may know that hee perceiveth* things, *three inward ſenſes are given* us, *ſettled in the brain, (which is purged by ſneezing :)*

341 *That is to ſaie, under the fore-part of the head,the common ſenſ, which laieth hold on the reſemblance of the thing ſeen, heard and taſted to.*

342 *This in ſleep time is ſtopped up by moiſt ſteams: hence commeth inſenſibleneſs* a.

a No uſe of the ſenſes.

343 *Under the crown dwelleth the fancie, which judgeth of the differences of things.*

344 *This is* b *evermore ſtirring; hence thoughts* [muſings] *dreams, and divers kindes of conceits* c.

b In continual imploiment.

345 *Under the now* [hinder part] *is the memorie; and ſuch things as are already apprehended and judged, it ſtoreth up for uſe hereafter* [after-uſe.]

c Hee that is in a brown ſtudie ſtareth[*ſtirs not his eie from*]the ſame place.

346 *Thoſe images* [reſemblances] *of things (whether long ago*

c Peruſe, or look them over.

ago or lately imprinted) whoſo taketh up again to c review them, hee is ſaid to remember [to call them to minde.]

347 If thoſe bee blotted out [defaced, blurred,] wee call it forgetfulneſs.

348 Wherefore wee often call to minde thoſe things which wee would conſtantly remember.

349 That which I have forgotten [I think not of,] let him that is mindeful of it, d put mee in minde of it.

d Rehearſ it to mee.

350 Overmuch waking [want of ſleep] wearieth, becauſ it drieth the brain; ſleep refreſheth, becauſ it moiſteneth [watereth.]

351 Neither doth want of food ſo exceedingly weaken as loſs of ſleep.

e Nappeth.
f And cannot bee rouſed up by calling or jogging.

352 Hee that is ſleepie yawneth and ſtreaketh; hee that ſlumbreth e, noddeth, that is, ducketh down his head: hee that is fal's [ſoundly] aſleep, ſnorteth [ſnoreth f or routeth.]

CHAP. 28. Of the Minde.

353 THe Minde in the ſearch of things adviſeth with [asketh advice of] the Reaſon, becauſ it hath a purpoſe to finde out the underſtanding of it.

a Soon.
b Becauſ of the dulneſs of their apprehenſion.

354 Hee that hath an excellent ſharp wit a quickly perceiveth [ſpieth out] a thing: dullards b [groſs-witted] are ſomwhat ſlow.

355 Hee that ſearcheth into manie things is painful, hee that knoweth them is skilful; hee that deviſeth them [finde's them out] is wittie [cunning;] hee that hath confirmed [eſtabliſh'd] his knowledg by practice and experience, is experienced [well ſeen, of great inſight;] hee that knoweth to uſe his skill, as occaſion ſerv's, is adviſed [ſage, diſcreet;] hee that doth uſe it, is wiſe; hee which abuſeth [miſapplieth] it, is craftie and deceitful.

356 On the other ſide, hee which regardeth nothing, is heavie moulded; hee that perceiveth nothing, is blockiſh c.

c Hee that gueſſeth, ſurmiſeth, wavereth hither and thither [to and fro] is unſetled, unreſolved [one that will conſider of it.

357 The underſtanding of a thing, if it bee true, is knowledg; if falſ, an error [overſight;] if weak, it is opinion [conceit, a weening;] if proceeding from gueſſing, it is ſuſpicion [a ſurmiſe;] if wavering, it is doubting; beeing hindered, it is a miſtaking; if none at all, ignorance and follie.

358 When wee believ another's report, that is belief [faith;] when

ſive nuper impreſſas) ad revidendum reſumit, ille earum reminiſci dicitur.

347 Eæ ſi obliteratæ ſunt, oblivionem vocamus.

348 Quamobrem quorum conſtanter meminiſſe volumus, eorum crebrò recordamur.

349 Quod oblitus ſum, qui ejus memor eſt, id mihi memoret [*commemoret.*]

350 Vigilia nimia fatigat, quia *cerebrum* exſiccat: ſopor recreat, quia irrigat.

351 Nec tam impensè inedia debilitat quàm inſomnia.

352 Dormituriens oſcitat et pandiculatur: dormitans conquiniſcit, (id eſt, capite nutat:) altùm dormiens ſtertit aut ronchiſſat *.

* *Nec clamore nec impulſu* [concuſſu] *ſuſcitari poteſt.*

CAP. 28. *De Mente.*

353 MEns in diſquiſitione rerum rationem conſulit, quia intellectum invenire animus ei eſt.

354 Cui egregium eſt acumen, citò rem perſpicit: hebetes[b] tardiuſculi ſunt.

b *Ob intelligentia tarditatem ac ſtupiditatem.*

355 Qui multa inquirit, eſt induſtrius; qui noſcit, gnarus; qui excogitat, ſolers; qui notitiam [*cognitionem*] uſu et experientiâ firmavit, expertus; qui peritiâ pro re nata uti novit, prudens; qui utitur, ſapiens; qui abutitur, aſtutus et fraudulentus.

356 Contrà, qui nihil curat [*cui nil curæ eſt,*] torpidus eſt: qui nihil perſpicit, ſtupidus[b].

b *Qui conjectat, ſuſpicatur, huc illuc vacillat; ſcepticus* [ephecticus.]

357 Vera rei apprehenſio, ſcientia eſt; falſa, error; debilis, opinio [*dogma*;] ex conjecturis orta, ſuſpicio; nutans, dubitatio, impedita, hallucinatio; nulla, ignoratio et inſcitia.

358 Cùm alterius relationi credimus, fides eſt; cùm

cùm veriſimilibus rationibus cedimus, perſuaſio ; cùm ſufficienti demonſtrationi, aſſenſus *.

* *Cùm haſitamus aut aſſentionem cohibemus, Ephoche.*

359 Quorum rationem ac cauſſam non intelligimus, ea miramur : quæ pernoſcere volupe eſt, rimamur.

CAP. 29. *De Voluntate & Affectibus.*

360 Voluntatis eſt, bona amare & velle, mala odiſſe & nolle.

361 Ex accidenti eſt, ſi cui hæc placent, illa diſplicent : tum enim apparentia eam decipit, ut eligat deteriora, aut ſpernat quorum ignara eſt.

362 Ecce autem quàm ſubjecta eſt affectibus ! quàm identidem iis perturbatur !

363 Abſunt bona ? ea deſiderat, optat, avet a ; bene ominatur, anhelat, conatur et molitur, quicquid poteſt, fruſtrationem nihilo ſecius [*nihilominus*] veretur.

a *Eorum deſiderio inhabeſcit.*

364 Hinc deſideria, vota, ſpes, ſtudia, molimina, conatus, ſollicitudo.

365 Antequam adipiſcitur, cum tædio fert etiam pauluæ moræ intercapedinem.

366 Adſunt ? geſtit aviditate, lætatur, gaudet, exſilit gaudio, oblectat ſe fruendo iis, amittere metuit : indè hilaritas, lætitia, voluptas, juncta tamen metui.

367 Eripiuntur ? triſtatur, dolet, queritur : hinc triſtitia, pœnitudo, querela, cordolium.

368 Magìs verò mala eam inquietant & diſtrahunt.

369 Ventura enim abominatur & averſatur ac declinat ; quæ formidat tamen, unde tremit & angitur : Hinc averſatio, timor & formido, tremor & anxietas.

370 Advenientia paveſcit, horret, trepidat ad ea, vel ſtupeſcit [*ſtupet*] & exanimatur : inde pavor, horror, trepidatio.

371 Quum obvenerunt, iraſcitur inferenti ; mœret, deplorat & luget illata : hinc ira, mœſtitia, luctus.

*when wee * yield to likely reaſons*, it is *perſwaſion : when to an able evident proof, aſſent* †.

359 *Thoſe things, whereof wee underſtand not the reaſon and cauſ, wee marvel at : ſuch things as it is a pleaſure to know throughly, wee prie narrowly into them.*

* Are over-rul'd by

† When wee are puzled[*at a ſtand*] and keep in our aſſent, it is a loth-neſs to yield.

CHAP. 29. Of the Will and affections.

360 It is the propertie of the Will, to love and wiſh to have good things, to hate and refuſe the evil.

361 *If theſe* ill *things pleaſ anie one, or thoſe good diſpleaſ* [diſcontent,] *it is by accident* [upon the by:] *for then the appearance* [ſemblance] *deceiveth it, that it chuſeth the worſ, or ſcorneth thoſe things whereof it is ignorant.*

362 *But lo, how ſubject it is to the affections! how ever and anon it is diſordered* [put out of frame] *with them!*

363 *Are good things abſent? it miſſeth and deſireth them, wiſheth for* them, *longeth after* [a] them, [b] *hope's the beſt, ſtraineth, endevoureth, ſtir's about* [beſtir's it ſelf] *might and main; yet for all that it feareth to bee diſappointed.*

364 *From hence* are *longings, vows, hope, earneſt deſires* [c], *attemptings* [ſtirring about a thing,] *endevour's, taking of thought* or *care.*

365 *Before it obteineth, it taketh it verie impatienly to bee put off* [delaied] *but a while.*

366 *Are* good things *preſent? it is jocund* [frollick] *with earneſt coveting, it rejoiceth, it is glad* [d], *it ſpring's* [leap's] *for joy, it delighteth it ſelf in injoying* them, *it is affraid to loſe* them: *hence com mirth, gladneſs, pleaſure, yet joined with fear*

367 *Are they taken away? it is ſad, it grieveth, complaineth : hence ſorrow, ſore-thinking* [e], *complaint, heart's grief.*

368 *But evil things do more diſquiet and diſtract it.*

369 *For evil things to com, it abhorreth, miſliketh* [f], *and ſhunneth; and yet it feareth them, it ſhaketh, and is perplex'd : from hence is loathing* [regret,] *fear and dread, trembling and penſiveneſs.*

370 Evils *comming on, it feareth, quaketh,* quivereth, *trembleth* [ſtarteth] *at them, or is aſtoniſhed and diſmaied: from thence is fear, quaking* [g], *ſtarting* [ſhivering.]

371 *When they are com* [befaln,] *it is angrie with him that cauſſeth* them : *it is ſorrowful, it bewaileth and* [h] *mourneth for them beeing procured : Hence anger, ſadneſs, mourning.*

a Pineth away for want of; [*longing after*] them.

b Promiſeth it ſelf good luck.

c A forward earneſtneſs.

d Fain.

e Wiſheth a thing undon.

f Diſtaſteth, will have nothing to do with.

g Shuddering, gaſtlineſs.

h Rueth.

372 *It is otherwiſe affected in another man's good or harm.*

373 *There, it* [f] *rejoiceth in behalf of one that ſpeed's well, or elſ envieth and repineth at him : here, it pitieth an unhappie* man,*and is ſorrie for his caſe;or (if it bee croſs* ot froward) *it triumpheth* [skip's for joie.]

f Joieth him; wiſheth, God give him joie.

374 *The ignorance of a good thing cauſſeth a ſlighting* [diſregard]*and ſetting-light by it:anie wrong don to it* cauſſeth *zeal : too much of it cloieth and bring's loathing* [cloying.

g Not knowing.

375 *If a man bluſh for things unſeemly , this is ſhamefaſtneſs and baſhfulneſs : but it will bee ſom eaſ to* one's grief, *if a man conſider, that all things happen to all men.*

376 *For ſince the fall, by reaſon of our inbred corruption, nothing is entire* [ſound] *in us ; all things (alas !) maimed, mangled* [h], *torn.*

h Lame, wanting ſom limbs.

CHAP. 30. Of Handie-craft Trades *in general.*

377 *Thus far of things Natural and Phyſical: As for* [a] *Handie-crafts , they purchaſe* [get] *us* [b] *food and clothes : for everie one is of ſom trade* [craft, profeſſion.]

a Touching.
b Suſtenance, living.

378 *Now therefore, wee muſt viſit the* [c] *working-ſhops of craftſmen.*

c Work-houſes, ware-houſes.

CHAP. 31. Of dreſſing [*trimming*] of gardens.

379 A *Garden is either an orchard* [apple-garden,] *or a green garden* for pleaſure, *or* [a] *a park, or* a *warren* [b].

a A beaſt-garden (*as Paris-garden,* &c.)
b Whoſe keeper is the warrener, forreſter, Park-keeper.

380 *It is fenced either with a mound* [bank of earth caſt up on a high heap,] *or a wall , (a ſtone-wall, brick-wall, or mud-*[watled-]*wall,) or with planks; or a hedg platted together of pales,* [poſts, ſtakes] *long poles* [rafts, binders,] *twigs and other pliant limber hedging-ſtuff* [withs,] *and beautified with pleaſant ſeats or walks, neatly contrived and made of plants.*

381 *The gardener diggeth* [c] *with his ſpade, mattock, ſhovel, and pickax* [d] *; hee ſprinkleth the ſeeds all over the beds, and weedeth out weeds with a weeding-hook, or pull's them up by the roots.*

c As a ditcher or delver.
b Grubbing ax.

382 *The fruiterer*[planter, tree-dreſſer]*having ſet a nurſerie with graff-ſtocks* [planted his ſeed-plot with ſets or imps] *and quick-ſets (it is a neat and comly faſhion, if they bee*

372 Secus [*aliter*] ſe habet in alienis bonis aut malis.

373 Ibi fortunato gratulatur aut invidet: hîc infelici commiſereſcit, ejus vicem dolet, aut (ſi perverſa eſt) exultat.

374 Boni ignorantia neglectum & aſpernationem, violatio zelum adfert; ſatietas ſatiat & faſtidium affert.

375 Pudor eſt & verecundia, ſiquis ob turpia erubeſcit: ſed mœroris levamen erit, ſi cogites omnia omnibus accidere.

376 Siquidem poſt lapſum, ex innata [*ingenita*] nobis corruptela, nihil in nobis integrum: Omnia (eheu!) mutila, mancâ, lacera.

CAP. 30. *De Mechanicis in genere.*

377 Hactenus [*hucuſque*] naturalia et phyſica: Quod ad Artes mechanicas attinet, eæ nobis victum & amictum acquirunt: Nam artem aliquam nemo non factitat.

378 Jam ergò Artificum quoque officinæ viſendæ nobis erunt.

CAP. 31. *De Hortorum culture.*

379 Hortus eſt vel pomarium, vel Viridarium, vel vivarium aut roborarium[a].

380 Sepitur vel aggere[b], vel macerie (lapideâ [*cæmentitiâ*] lateritiâ, vel luteâ & cratitiâ) vel plancis, vel ſepe [*ſepimento*] è palis [*ſudibus*] longuriis, viminibus, aliiſve lentis vitilibus plexâ,[c] topiariîſque ornatâ.

a *Cujus cuſtos eſt ſaltuarius.*
b *Aggeſtâ in altum terrâ.*
c *Operibus ex arboribus aut fruticibus aut herbis ad decorum factis*

381 Hortulanus [*olitor*] ligone, marrâ, rutro, [*palâ*] bipaliôque fodit[d], per pulvinos [*areolas*] ſemina ſpargit, herbas erratica,[e] runcinâ exſtirpat, vel eradicat [*radicitus evellit.*]

d *Uſfoſſor, ſiminator.*
b *Marrâ, ſarculo.*

382 Arborator, ſeminario [*plantario*] taleis [*clavolis*] vel viviradicibus conſito, (concinnitas eſt & elegantia, ſi in

in quincuncem digerantur) taleæ ſurculos inſerit, inſitos rigat, ſcalpro germina & luxuriantia virgulta putat, ſtolones amputat, arbuſculas flexiles ac ſequaces in topiariam ſcenam concamerat.

383 Oleum ex olivis exprimitur: dein ſæpius decapulatur depletúrque; ſubtus amurca ſidit, depurgatum lecythis inditur, fracéſque abjiciuntur.

384 Apiarius ſeu melliſo alvearia curat, cerámque liquat.

CAP. 32. De Agricultura.

375 Agricola eſt, qui agrum colit, proventúque annonæ ſe ſuſtentat.

386 Cui fundi et prædia conductitia ad tempus præfinitum [*præſtitutum*] certâ mercede locantur, manceps eſt: cui villa creditur, villicus & colonus eſt. Colonus partiarius fundi fructus cum domino partitur.

387 Arvum ſubactum & à ceſpitis radicibus repurgatum, ut ſit fœcundius [a], ante ſementem ſtercoratur [b] ſimo vel margâ.

a *Uberius.*
b *Lætificatur lætamine.*

388 Novale & vervactum, & requietus ager ex ceſſatione feracior eſt reſtibili: qui, quantumvìs fertilis atque uberrimus; ex frequente cultura ſterileſcit [*fit effœtus.*

389 Araturus jungit aratro boves, non funibus aut reſtibus ſed jugo.

390 Tum agitans & [c] ſtimulo incitans [*concitans*] ſubarat [d], iterat, tertiat, ſeminat & occat per liras [e] & verſuras.

c *Exſtimulans.*
d *Effringit.*
e *Porcas.*

361 Inter lirandum verò alterâ tenet ſtivam (nè deliret,) alterâ rallum; & culter [*dentale*]

cum

hee [d]*ordered checkerwiſe*) *graffeth* or impeth *the young ſlips* graffs or ſions *into the ſtock*, *hee watereth the grafts* : *hee pruneth off the young ſhoots*, *and the rank twigs* or ſprigs *with his* [e]*pruning-knife*, *and ſhreddeth off the ſuckers* or water ſhoots[f] *hee writhe's lithe*, ſupple, *and pliable ſmall trees into an arbor* or bower, *arch-wiſe.*

d Caſt into exact ſquares and rows.
e Paring, ſhaving.
f Which ſprout out of the root.

383 *Oil is preſſed* [ſtrained, ſqueezed] *out of olives : afterward it is ſhifted and powred out of one veſſel into another : the oil-lees* [mother] *ſettle below ; when it is clear it is put into vials, and the dregs are thrown away.*

384 *The Bee-keeper or honie-dreſſer looketh to the hives* [g], *and melteth the wax.*

g Bee-ſtocks.

CHAP. 32. Of Husbandrie [*tillage.*]

385 **H***Ee is a husbandman that* [a] *tilleth the ground, and mainteineth* [ſuſteineth] *himſelf with the crop* [income] *of his yearly corn.*

a Eareth a field.

386 *Hee is a tenant, to whom houſ and grounds, and hired farms* [b] *are, for a certain* [c] *rent, let out to farm for a ſet time: hee to whom a farm-houſ is committed in truſt, is a bailie and a farmer. But the halver ſhareth the increaſ of the ground with the owner.*

b Mannors.
c Ferm.

387 *Arable* [d] *ground beeing brought into good tilth, and cleared from the* [e] *roots of the flag, that it may bee more battle and fruitful, before ſeed-time is manured with compoſt* [muck, dung] *or marl.*

d Emploied to tillage, fallowed.
e Quicks of the green-ſwarth.

388 *Land newly broken up, and land ſown but everie other yeer, land that hath lien fallow* [reſted,] *is more yieldable by lying ſtill, then that which is in tilth everie yeer : which, though it bee never ſo bate-ful,* rich *and fruitful, by often tillage grow's out of heart* [paſt bearing.]

389 *Hee that is to plow, yoketh his oxen to the plough, not with cords or ropes, but with a yoke.*

390 *Then driving and putting* them *on with a goad, hee*[f] *ploweth up* the ground, *hee goeth over with it again, hee giveth it a third earing* [earth, ardor:] *hee ſoweth and harroweth by ridges and turnings* at the land's end.

f Under-furroweth. *Engliſh terms of husbandrie are divers in divers countries.*

391 *But as hee laieth it up in rigs, with the one hand hee holdeth the plough-handle* (*for fear hee ſhould* [h] *run beſides the furrow,*) *with the other the plough-ſtaff: and the coulter*

g Draweth his furrow.
h Balk.

with

with the plough-ſhare, faſtened into the plough-beam, break's up the furrows, until his i *daies-work* [journie] *bee don.*

i Acre be finiſhed
k *Porca* is alſo a ridg.

392 *A* k *croſs-water-furrow is made overthwart* the furlong, *to drain away the wetneſs* [moiſture.]

393 *In a clayie-ſoil, the harrow ſhould bee ſet with iron tines: in a ſandie mould a wooden one will ſuffice* [ſerv the turn.]

l Jeopardie.

394 *As ſoon as ſtanding-corn ſhoot's up to a blade, it is in* l *danger of ſcatch by tempeſt: but leſt it run wilde* [bee over-run] *with darnel and cockle, or bee choked with tares, there need's weeding.*

m Ripe corn, fit to bee mowen.

395 *When harveſt* m *com's on, the mowers mow with a ſithe,* [the reapers, *or* ſhearers reap with a ſickle,] *and laie it orderly by gavels* [handfuls.]

n Tie.

396 *After that, they gather it up into ſheavs; which they binde* n *up with bands; the ſtubble* [halm] *and gleanings remaining behinde in the open field.*

o Inn it.
p Heap it up in ſhocks.

397 *Then they* o *carrie it into barns by loads, or* p *ſtack it in ricks* [ſtacks.]

q Caſt aſide.

398 *The threſhers threſh and beat it out with a flail in the floor (once they did bat it out with a threſhing cart) the ſtraw and hulls are left* q.

399 *After that, they winnow* [toſs it up and down] *ſom prettie while with a fan, that the chaff may bee ſever'd and gotten out.*

r Riddle.

400 *If ſtill there remain anie ſoil* [droſs,] *they ſift it through a* r *ſieve, that it may bee clean dreſt, and becom bread-corn; which is carried into corn-chambers and garners, ſtirr'd about with a ſhovel, leſt it grow foiſtie; and beeing meaſured, is ſtrik'd even with a ſtrike* [ſtrikle.];

CHAP. 33. Of Grinding.

401 IN *old time they did onely beat* [pound] *and braie it with peſtles in a mortar; hence barlie-water,* made of barlie husked and beaten, *was called ptiſan* a.

a *That is,* brayed, husked, ſpelted.
b Stamping-mill, grindeing houſ.
c The lateſt invention.

402 *In after time they ſtamped it with a rough hammer in a bake-houſ* b; *and gruel and frumentie was made.*

403 *At length* [laſt of all] *mills were* c *found out; firſt hand-mills* [querns,] *after that horſ-mills, then water-mills, and wind-mills.*

d Griſt, meal.

404 *Where the flower* d *beeing ground* d *ſmall with the milſtones (the upper and the nether milſtone) is ſifted and boulted*

out

cum vomere, buri [*buræ*] indito, proſcindit ſulcos, donec abſolvatur jugerum.

392 Porca [f] fit tranverſum ad derivandam uliginem. f *Collicia, colliquiæ, eliæ, ſulcus aquarius.*

393 Occam [*irpices*] in argilloſo ſolo ferreis ſtylis confixam eſſe oportet, in ſabuloſo [*arenoſo*] lignea ſatis eſt.

394 Ubi ſegetes fruticeſcunt [*fruticant,*] periculum eſt nè tempeſtas calamitatem inferat [g]; nè verò zizaniis & nigellaſtro ſylveſçat, aut ab aphaca ſuffocetur, ſarritione [*runcatione*] opus eſt. g *importet.*

395 Cùm meſſis adeſt, meſſores falce [h] metunt, manipulatímque diſponunt. h *Falculâ.*

396 Colligunt poſtmodum in mergites, quos colligant tomicibus, ſuperante in campo ſtipulâ ac ſpicilegio.

397 Tum vehibus in horrea convehunt, vel acervos congerunt.

398 Tritores in area flagello triturant et extundunt (quondam tribulabant tribulâ:) linquuntur ſtramina & acera.

399 Exinde ſubjactant aliquantiſper [i] ventilabro [*vanno,*] ut ſeparetur ſecernatúrque palea. i *Aliquandiu.*

400 Siquid ſordium adhuc ſupereſt, cribro cernunt, [*cribrant*] ut repurgetur et fiat frumentum; quod granariis et cumeris infertur, rutello (nè muceſcat) corruitur, & dimenſum, radio æquatur.

CAP. 33. *De Molitura.*

401 ANtiquitus tundebant ſolummodò et interebant piſtillis in mortario; hinc ptiſana [a] dicta. a Ἀ πτίσσω *tundo & decortico.*

402 Deinde pinſebant pilo rudo in piſtrino; ſiebántque pultes et alica.

403 Tandem [*noviſſimè*] excogitatæ ſunt molæ, truſatiles [b] primùm, pòſt aſinariæ, tum aquatiles [c] & ventoſæ [*alatæ.*] b *Verſatiles, manuaria.* c *Hydromyla.*

404 Ubi farina lapidibus molaribus (catillo & meta) âintrita,

 per

c Excutitur.

per ſaccum cilicinum incernitur c excutitúrque, furfuribus extra ſparſis.

405 Sed qui molit [*molitor*] emolumento inhiat.

CAP. 34. *De Panificio.*

a Collyras.
b Clibanus.
c Candidus, ſimilaginaus.

406 Piſtor in mactra [*ſubacterio*] maſſam ſpathâ ligneâ depſit [*ſubigit,*] quam in panes, efformatam, & palâ[*infurnibulo*]immiſſam, furnus vel teſtus b excoquit.

407 Panis fermentatus geminam habet cruſtam, medullam intus poroſam & ſpongioſam; azymus compactus [*conſpiſſatus*] eſt. Similaceus c caret omni recremento: cibarius [*ſecundarius*] eſt autopyrus; biſcoctus [*nauticus, buccellatus*] eſt ad diuturnitatem.

408 Cupedinarius [*cruſtularius*] ex polline cupedias parat & ſcitamenta. Placentarum ſpecies ſunt, ſimilæ, ſpiræ, cruſtulæ, lagana, artolagana, liba, ſcriblitæ [*ſtreblitæ,*] globuli, tortæ, ut & artocreata, artomela, artogalacta, turoplax [*moretum*] &c.

CAP. 35. *De Pecuaria & Lactario.*

a Et pammenide, ſeu aggregario.

409 Opilioni, pedo vel flagro [*ſcuticâ*] apparato a, ovium agmen concreditur; in quo ille peculium ſuum peculiari charactere inſignitum habet. Oviculæ egregiæ [*eximiæ*] ſegregantur; gregariæ cum grege congregantur; rejeculæ rejiciuntur.

410 Lupus (voraciſſima beſtia) famelicus ululat, impetítque non greges ſolùm, ſed & armentis inſidiatur, quæ moloſſi aut hybridæ à lupo cuſtodiunt; hos autem millus muricibus confixus tuetur.

b Nomades.
c Clauſura.
d Agro communi.

411 b Vagi paſtores paſcua mutantes, mapalia ſive magalia ſua carro circumvehunt: concepto c (quod ſepto aut interſepimento intercluditur) non compeſcunt, ſed compaſcuo d gaudent.

412 Mandræ ſunt tralatitiæ, caulæ [*ovilia.*]

313 Bubulci è bubilibus [*bovilibus,*] ſubulci ex haris [*porcilibus, ſuilibúſve,*] buccinâ evocant.

414 Illi

out thorow an hairen * *boulter* [ſerce,] *the bran beeing ſtrewed abroad without.* * Sacks

405 *But the miller that grindeth, gapeth after his toll* [gain.]

CHAP. 34. Of making Bread.

406 THe *Baker, in a kneading* [a] *trough with a treen ſlice, kneadeth the lump* [b] *or dough* [paſte,] *which, when it is molded into loavs, and ſet in with a peel, the oven or baking-pan baketh.* a Bin. b Batch.

407 *Levened bread hath a double cruſt, and the crum light and heaved* [puff'd] *within: unlevened is faſt* [well-cloſed together:] *manchet is without all bran: houſhold bread is of whole wheat* [c]*: bisket is for laſting-long.* c As it com's from the mill.

408 *The Sugar baker make's readie ſweet-meats and dainties of the fineſt flower* [d]. *The kindes of cakes are, ſimnels, rolls, wafers, fritters, pan-cakes, ſpice-cakes, cracknels,* [buns,] *tarts, round-cakes* [e]*; as alſo fleſh-paſties, apple-pies, cuſtards, cheeſ-cakes, and the like.* d Duſt. e Dumplings, Lent-loavs.

CHAP. 35. Of Grazing, *and* of a Dairie.

489 A *Shepherd beeing provided of a ſheep-hook or a whip* [a]*, is betruſted with a* [b] *flock of ſheep; wherein hee hath his cullet* [a flock of his own] *marked with a ſunderly mark* [a ſeveral brand.] *The choice ews* [head of the flock] *are* [c] *cull'd out; the ordinarie* [common ſort] *flock together with the flock: the refuſe* [d] *are caſt* [croned] *out.* a And his cur-dog b Drove. c Severed *from the reſt.* d Kebbers, crones,

410 *The wolf, a moſt ravenous beaſt, beeing hungrie, howleth* [e]*, and ſetteth not onely upon flocks of* ſmaller cattel, *but alſo lie's in wait to entrap heards* of greater: *whom maſtiffs* [ban-dogs,] *or mungrels protect from the wolf; but a collar beſet with ſharp prickles* [f] *defendeth them.* e Yells. f Caltraps.

411 *Wandring* [g] *ſhepherds ſhift their paſtures* [feeding grounds,] *and carrie about their hovels* [ſheds] *or lodges in a car* [h]*: they do not pen* their flock *up to feed together in a cloſe, (that is* [i] *incloſed with a fence) but they love a common.* g Stragling. h Currie. i Hemm'din.

412 *Sheep-folds are removeable ſheep-coats* [pens that may bee flitted.]

413 *Neat-herds call out* cattel *out of the ox-ſtalls* [k]*, the ſwine-herds out of the ſties, by blowing* [winding] *a horn* [l]. k Cow-houſes; cow-yards. l Trumpet.

414 *Thoſe*

414 *Thoſe give meat in cribs* [ſtalls [h],] *theſe in troughs, where they alſo water them; they cleanſ* their *ſtables* [i] *with a ſhovel* [k], *and carrie out the dung and ordure in a barrow.*

415 *A calf and a ſucking lamb ſuck beeſtlings out of the udder plentifully: but a dairie-maid milketh out milk, latching it in a milk-pail.*

416 *Butter is made of the cream of milk churned; cheeſ cows, ſheeps and goats) of curds* [curdled milk,] *which are preſſed in a cheeſ-fat: the whay is left behinde, and the churned milk* [l].

417 *A cow big with young is called a cow with calf; one that yet never was with calf is a bullock or heifer; when ſhee is paſt bearing, ſhee is to kill* [for ſlaughter.]

418 *Haie cut down out of the meadows (which are either drie, or water'd* [moiſtned] *with little brooks) with a ſithe into ſwaths, and mowed over again, is withered, and raked up with a rake, and with a fork is carried together into cocks and hay-ſtacks* [m].

419 *The lateward crop* [eddiſh, rowings] *ſhoot's out a freſh of graſs ſpringing up the ſecond time.*

h Cratches, racks, mangers.
i Stalls, anie place to fodder anie cattle in.
k *Pala* is alſo the bezil or head of a ring, where the ſeal is.
l Runnet is that wherewith milk clottereth, thickneth and curdleth into clots.
m Haie-goves. hate-mows.

CHAP. 36. Of Butcherie.

420 A *Butcher in the ſlaughter-houſ ſlaughtereth (that is, cut's the throat, flaieth, and cutteth out) fat ware with his dagger* or chopping knife (*for carrion, lean ſkrags, and ſtarvlings* [a] *are naught to eat, who would feed on them?) in the ſhambles* [b] *he ſets out to ſale beef, lamb, veal, mutton, pork*

421 *The pudding-maker ſtuffing the hides* [c] *with pudding-meat, maketh puddings and ſawſages, haggeſſes, chitterlings, liverings, bladdings* [black puddings] *links, mince-meat; and alſo* [d] *brewis, long puddings, peſtles, gamons and flitches of bacon.*

422 *Fat* [ſaim, greaſe,] *doth not cold together ſo cloſely as tallow* [ſuet,] *becauſ it is more greaſie* [f]. † *Horned beaſts commonly have more of this* hard *fat; cloven-footed, that want horns, more of the other.*

a That are ſtarved, famiſhed, dead for hunger [*famine.*]
b A fleſh-market.
c Ropes.
d Sops.
e Lard, *in ſwine.*
f Moiſter, clearer; eaſlier melted.

CHAP. 37. Of Butcherie.

423 THe *huntſman beſet's the thickets with toils* [an heie] *hee allureth* [a] *wilde beaſts into ditches and pitfals, or*

a Tilleth, toleth.

414 Illi in præſepi paſtum præbent, hi in aqualiculo [d], ubi et aquantur; ſtabula verò palâ [e] expurgant, et feretro fimum atque immunditiem exportant.

415 Vitulus et ſubrumus agnellus ex ubere coloſtram ubertim ſugunt; ancilla verò lactaria lac mulget, mulctrâ [*mulctrali* f] excipiens.

416 E lactis cremore [*flore*] agitato confit butyrum; è lacte coagulato (quod in forma imprimitur) caſeus (vaccinus, ovillus & caprinus:) ſerum ſupereſt & oxygalum [*lac ſeroſum* g.]

417 Vacca prægnans forda [*horda*] dicitur; nondum fœta, bucula et juvenca; effœta mactationi eſt.

418 Fœnum è pratis (quæ vel ſiccanea, vel rigua, vel irrigua ſunt) ſeculâ in ſtrigas deſectum et ſicilitum ſiccatur, raſtro [h] corraditur, furcâ in cumulos & fœnilia comportatur.

419 E renaſcente gramine cordum regerminat [*repullulaſcit, refloreſcit.*]

d *Crate, alveo.*
e Pala *eſt & turgidior pars annuli, cui gemma inſeritur.*
f *Sino, ſinu.*
g *Coagulum eſt quo lac cogitur, ſpiſſatur, coagulatur in grumos.*
h *Raſtello.*

CAP. 36. De Lanionia.

420 Lanio [*lanius*] altilia (veſcula enim ſtrigoſa & fame enecta non ſunt veſca [*eſculenta*,] quis iis veſcatur?) in laniena clunabulo [*clunaculo*] mactat, (id eſt, jugulat, excoriat, diſſecat;) in macello venum exponit bovinam, agninam, vitulinam, ovinam [a], ſuillam.

421 Fartor inteſtina pulpâ effarciens, farcimina & lucanicas, faliſcos, hillas, tomacula [*botulos*,] apexabones, tuceta [*iſicia*,] minutal; itémque offas adipatas, peniꝛas, pernas, petaſones, ſuccidias conficit.

422 Adeps, quia opimior [b], non concreſcit æquè ſpiſsè ac ſebum [*pinguedo.*] Hoc cornigera ferè pingueſcunt, illo biſcula nec cornuta.

a *Vervecinam.*
b *Humidior, liquidior.*

CAP. 37. De Venatura.

423 VEnator dumeta indagine cingit, feras in ſcrobes foveáſque pellicit [*allicit*, *illicit*] aut

canum

canum ſagacium odoratu per veſtigia veſtigat & venatur prædam.

a *Odori, odoriſequi.* b *Gallici.*

424 Odoratores[a] enim indagant, vertagi & leporarii[b] perſequuntur, & è veſtigio aſſequuntur; villoſus aquaticus ſe demergit; hiſpaniolus [*accipitrarius*] exſuſcitato perdicum agmine, latratu indicium facit: omnes venatici.

425 Cerva, ut in caſſes & plagas varis tentas incidit, implicatur, irretitur & interimitur: ſi evaſit, celerat fugam.

c *Dentibus ore exſtantibus.*

426 Aper ſpumans[c] frendet, & ſetas arrigit; at venabulo tranſadactus interficitur.

CAP. 38. *De Piſcatione.*

a *Vel viminea fiſcellâ.*

427 Piſcator in lacu & piſcina, reti et verriculo traguláve: in amne ſagena et naſſa[a] piſcatur: hamiota arundine piſcatorio & hamo (cui eſca inditur) ubivis expiſcatur captos. Sunt qui tridente piſciculos confodiunt.

CAP. 39. *De Aucupio.*

428 Auceps aucupio exſtructo aviculas per illices allectas et ineſcatas, vel reticulis adobruit vel calamis viſcatis (quos in amite ſeu pertica proſtituit) implicat, vel tendiculæ, aut decipulæ, aut laqueorum tranſennis illaqueat.

429 Quas vitâ donat, caveæ incarcerat, ſive junctim ſive ſeparatim.

430 Siqua pedicâ impedita ſeſe expedit [*extricat,*] avolat, niſi ſe iterum in tricas intricet.

CAP. 40. *De Coquinario.*

431 Obſonator opſonia coëmit; quæ (tam recentia, quàm pridiana et ſemeſa) promus condus è promtuario, penario, vel carnario profert: Coquus *vel coqua* in foco lebetibus [*cucumis,*] ahenis & cacabis

traceth and hunteth his game by the[a] *footing* [foot-ſteps, track] *with the ſent of well-ſented dogs.*

a Print of the foot.

424 *For hounds* [draught-hounds[b]] *draw* [hunt by the foot,] *tumblers and greyhounds run after, and in an inſtant over take; a ſhag water-ſpaniel duck's under water; a field-ſpaniel having ſprung a covie, give's notice by queſting: all are hunting dogs.*

b Bloud-hounds.

525 *A hinde, as ſhee falleth into wiles and great nets ſtretched out upon forks, is intangled, entrapped and killed; if ſhee*[c] *eſcapeth, ſhee ſcud's away ſwiftly* [for life.]

c Get's away.

426 *The foaming boar*[d] *gnaſheth and ſet's up his briſtles; but being run thorow with a hunting-ſtaff* [boar-ſpear] *hee is ſlain.*

d With *his* tusks [*tuſhes*] ſtanding out of his head.

CHAP. 38. Of Fiſhing.

427 A *Fiſher-man with a net, draw-net or drag, fiſheth in a meer and fiſh-pond: with a bow-net* [wear] *or weel*[a]*, in a river: an angler with an angling-rod and a hook* (*that hath a bait upon it*) *catcheth and angleth* [fiſheth] *them out anie where. There are ſom that glave*[b] *ſmall fiſhes with a three-tined fiſh-ſpear* [glave.]

a Or wicker ped.

b Stab.

CHAP. 39. Of Fowling [*Birding.*]

428 THe *Fowler having ſet his fowling inſtruments, either overwhelmeth the little birds with a bird-net, beeing inticed and inveagled by lures*[a]*, or entangleth* [hampereth] *them with lime-twigs, which hee ſet's forth on a pole or perch; or ſnareth* them *in noozes* [meſhes] *of a*[b] *ſpring, a pit-fall, or gins* [ſnares.]

a Calls, ſcraps.

b Trap.

429 *Thoſe whom hee let's live, hee impriſoneth in a cage, whether altogether, or ſeverally* [each by it ſelf.]

430 *If anie beeing fettered with a foot-ſnare,*[c] *riddeth her ſelf, away ſhee flieth, unleſs ſhee inſnare her ſelf in the gins again.*

c Wriggles out her foot.

CHAP. 40. Of Cookerie.

431 THe *Cater* [purveior[a]] *buyeth in proviſion*[b]*, which* (*as well what's new* [freſh com in,] *as what was of the daie before, and half eaten*) *the yeoman*[c] *of the larder bring's forth out of the ſtore-houſ, pantrie or larder; the cook on the harth boileth it in caldrons, pans, braſs-pots and*

a Steward, manciple.

b Anie victuals, but *bread and drink.*

c Butler: hee that take's in and give's out.

kettles

d Which are hanged on a tramel [pot-hooks,] or born up with a trevet.
* Which beeing laid upon cob-irons, are turned by a turn-ſpit or a jack.
e Pot-ſpoon.
f A fraiſ, or wicker ped.
g Tools.
Or pur, to ſtir or skirrie the fire.
h Vas is anie kinde of pot, cup, barrel, (that is uſed to hold anie thing) great or ſmall.
i Stewed.
k Hung-beef.

kettles [skillers[d];] *roſteth it beeing ſpitted on ſpits* [broches;] *broileth on a gridiron, toſteth* [parcheth] *on a toſting-iron, frieth in a frying-pan.*

432 *If anie thing bee ſeething hot and boileth, leſt it ſhould ſeeth over, hee lade's* [gualeth] *it with a ladle* [e] *till it ſlake* [cool again]; *if it gather a ſcum, he ſcummeth it off with a ſcummer.*

433 *Hee draweth out meat with a fleſh-fork, hee ſtrain's with a ſtrainer* [f] *and cullander* [ſill.]

434 *The other implements* [g] *of a kitchin are, a cole-rake* [h], *a fire ſhovel, a fire-pan* [chafer] *a trivet, a grater, treas, boles, water-pitchers, platters* [chargers,] *which when they are rinſed, a ſink is made.*

435 *Laie hold on a veſſel* [h] *by the handle* [ear;] *but if it bee two ear'd, thou maiſt ſtand in doubt, which to take it by.*

436 *Birds are pull'd* [pluck'd,] *fiſhes are ſcaled, bowelled (the garbage and bones pull'd out) and ſplit in the back: leverets are bulk'd* [have their guts pluck't out.]

437 *Beeing roſted and fried they are ſomwhat more wholeſom then ſodden or* [i] *boiled in broth, unleſs they bee prettily well ſeaſoned.*

438 *Salt-fiſh, powdered-meat, hung-meat* [k] [dried in the ſmoak] *or but parboiled, are hard of digeſtion.*

CHAP. 41. Of preparing of Drinks.

a Plaſheth.
b Sprigs.
c Stakes.
d Hoop'd round about with hoops leſt it run, [*leak.*]
e Pipe, But.
f Woort.
g Glean from lees, ſettled.
h Of the right kinde.

439 THe *vine-dreſſer ſetteth young vines, and traileth* [a] *along the leading branches from bough to bough; hee delv's the vineyard with a two-tined fork, hee bear's up* [underſetteth] *the leavie tendrels* [b] *with props* [c] *or ſupporters; a while after hee proineth, then bee gathereth the vintage: when the grape-gathering is don, hee leaveth the gleaning of the boughs for the poor.*

440 *The fat preſſeth grapes full of kernels: but of which beeing preſſed, is cruſhed* [forced] *out a ſweet juice: which beeing ſhifted out of the keel-fat into the hog ſhead* [d e] *is called muſt* [f] [new made wine:] *and after it bee poured out of one veſſel into another and refined* [g], *it is termed wine: a fit drink to cheer up the ſad-hearted: eſpecially if it bee burn't.*

441 *Beeing full a year old it is at the beſt: if but of this year, it is ſomwhat dreggiſh: Excellent good* [h], *though it bee ſtale, will laſt long and good: wine mixed with water will ſoon change,* [wax tart, ſowr,] *and decaie.*

442 *Made*

cacabis[a] elixat, verûbus [b] infixa aſſat, craticulâ vel artoptâ torret, ſartagine frigit.

432 Si quid fervet & bullit, nè ebulliat [exæſtuet] & effervefcat, trullâ [ſpathulâ] confutat, donec deferveſcat; ſi ſpumat, rudiculâ [tudiculâ] deſpumat.

433 Fuſcinâ [creagrâ, creacentrô] extrahit, fiſcinâ & qualo [colo] colat.

434 Reſidua culinæ utenſilia ſunt, rutabulum [c], batillus, ignitabulum, tripus, radula [d], truæ, alvei, urcei [hydriæ,] patinæ, [paropſides, catini,] quæ cùm colluuntur fit colluvies.

435 Vas anſâ prenſabis; ſed ſi anceps eſt, ambigas [dubites] quâ arripias.

436 Aves deplumantur: piſces deſquamantur, exenterantur, exoſſantur, exdorſuantur: lepuſculi eviſcerantur.

437 Aſſati & frixi aliquantò ſalubriores ſunt, quàm elixi aut jurulenti; niſi pluſculùm condiantur.

438 Salſamenta, muriata [e], infumata aut ſemicocta tantùm, ægrè concoquuntur.

a Qui de climactere ſuſpenduntur, vel tripede [chytropede] ſuſtentantur.
b Quæ cratenteriis [ferreis ſulcris] impoſita verſantur, (circumaguntur) ab obeloſtropho, mediaſtino, vel automato.
c Quo ignis proruitur.
d Tyrocneſtis.
e Salita, condita-nea.

CAP. 41. De Potulentorum paratura.

